

198. Pravo et pessimo ingenio, fides aliena est. *Ibid.*, sent. 160.

199. Male sentire de fide, amor jactantiae facit. *Ibid.*, sent. 178.

200. Fidelis esse magis, quam videri, stude. Sent. 179.

201. Non potest bene vivere, qui non integro credit. *Ibid.*, sent. 189.

202. Multitudinem fidelium non invenies : rarum est enim, omne quod rarum est. *Ibid.*, sent. 234.

203. Fratrem volentem a fide recedere, hortare ne faciat, et si insanabilis sit, magis observa. *Ibid.*, sent. 321.

204. In fide conare omnes homines vincere. *Ibid.*, sent. 322.

205. Animam de terra fides elevat ad Deum. *Ibid.*, sent. 388.

IRISMEGIES. 206. Intelligere Deum, ipsum credere est : at non credere, procul dubio ignorare est. *De Potest. et sap. Dei*, cui titulus, *Pimander*, cap. 9.

Vide etiam tit. *Accedere ad Deum*, sent. 44; *Amisio*, sent. 40; *Auctoritas*, sent. 29; *Bellum*, sent. 2; *Desertio Dei*, sent. 50; *Disputatio*, sent. 31; *Dominium*, sent. 29; *Error*, sent. 60; *Intellectus*, sent. 26, 27, 34; *Mirabilis*, sent. 30; *Mysterium*, sent. 9; *Nomen*, sent. 59; *Oblatio*, sent. 20, 21; *Pax*, sent. 123; *Penitentia*, sent. 68; *Requies*, sent. 68; *Scrutari*, sent. 46; *Temporale*, sent. 7; *Victoria in genere*, sent. 22; *Vir*, sent. 21, 22, 23; *Virtutum connexio in genere*, sent. 18; *Unitas*, sent. 58.

FIDUCIA. Vide CONFIDENTIA.

## FINIS.

S. ANTONIN. *Definitio*. Finis est ratio volendi ea, quae sunt ad finem. Parte 1, tit. 4, de *Voluntate*, cap. 6.

DIONYSIUS CARTHUS. Finis est ultimata rei perfectio. *De Mortificat. vivifica*, art. 4.

S. HILARUS. Finis, est, quo concluduntur omnia, cujus causa caetera sunt, ad quem universa spei, rerum, negotiorum opera festinant. Super *Psalm. LI*.

S. THOMAS AQUINAS. Finis est operatio rei, vel aliquid consequutum per operationem. 1, 2, quaest. 56, art. 1.

HUGO A S. VICTOR. *Divisio*. Est finis bonus, et est finis malus : finis bonus est consummatio virtutum, finis malus est profundum peccatorum. Super *Psalm. XVII*, cap. 30.

Duo sunt fines rerum omnium, summum et infimum : alter est finis supra quem nihil est, et alter sub quo nihil. *Prosec.*

Finis supra quem nihil, summum omnium est : finis sub quo nihil, infimum : caelum summum omnium est, infernus infimum. Homil. 11, super *Ecclesiasten*.

Triplex est finis : scilicet consumptionis, consumptionis, terminationis. Part. 1, de *Ligno vitae*, tract. 4, de *Charit.*, cap. 2.

## SENTENTIAE PATRUM.

1. Habeat caput in omnibus rationem, et finis modum. Lib. 1, *Offic.*, cap. 22.

2. Finis est sit primum in intentione, est tamen ultimum in executione operantis. Part. 1, tit. 1, cap. 2, § 1.

3. Quis finis luxuriae stercus? quis finis deliciarum! nonne cruciatus aliquando ventris et capitis? quis finis domini? nonne servitus? quis finis honoris? nonne frequenter confusio? Quis finis hominis? nonne cinis? Part. 2, tit. 5, cap. 14, § 3.

4. Non est finis miseriae, quando finis officiorum nostrorum in re instabili collocatur. Epist. 56, ad *Dioscor.*

5. Illud est finis boni nostri, propter quod appetenda sunt caetera, ipsum autem propter seipsum. *Prosec.*

6. Et illud finis mali propter quod vitanda sunt caetera, ipsum autem propter seipsum.

7. Finem ergo boni nunc dicimus, non quo consummatur ut non sit, sed quo perficitur ut plenum sit : et finem mali, non quo esse desinat, sed quo usque nocendo perducatur.

8. Fines ergo isti sunt, summum bonum, et summum malum. Lib. 1, de *Civit. Dei*.

9. Noveris non officis, sed finibus a vitis discernendas esse virtutes. *Prosec.*

10. Officium est autem quod faciendum est, finis vero propter quod faciendum est. Lib. 4, contra *Julian.*, cap. 3.

11. Bono fine bona concluduntur in initia, ut principium medio, medium ne discrepet ultimo. Serm. 8, ad *Fratr. in eremo*.

12. Nescimus quo fine claudamur in hoc exilio. Apud *D. Antonin.*, part. 4, tit. 4, cap. 2, § 4.

13. In omni motu actionis suae, qui non respicit initium, non respicit finem. Lib. 7, de *Civ. Dei*, cap. 7.

14. In omnibus prima sunt initia, summaque sunt fines. *Ibid.*, cap. 9.

15. Propter finem caetera volumus, ipsum autem non nisi propter ipsum. *Ibid.*, lib. 8, cap. 8.

16. Vera virtus finem nescit. Epist. 253.

17. Finis, non pugna coronat. Lib. de *Passione Dom.*, cap. 14.

18. Immensum est quod sine termino sequitur, et parum est quiddam finitur. In collat. de *Contemptu saeculi*.

19. Hoc verum puto, quod ei non bonus est finis, cui semper fuit mala vita. *Ibid.*

S. LAURENT. JUSTIN.

S. AMBROS.

S. ANTONIN.

S. AUGUST.

S. C. C. S. ANTONIN.

S. CLEMENS.

PAPA.

S. CYPRIAN.

DIONYSIUS CARTHUS.

S. EUCHEB.

S. EUSEBIUS CAESAR.

S. EUSEBIUS EMISSEN.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

S. BERNARD.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. BONAV.

20. Quanto major est amor finis, tanto vehementior est motus. *De Septem itiner. aeternit.*, itin. 1, dist. 2.

21. Amor movet in finem desideratum, sed intentio omnia per quae amor potest consequi hunc finem desideratum. ordinat et disponit ad illius finis consecutionem. *Ibid.*

22. Ex fine dicitur actus bonus vel malus. Lib. 5, *Compend. Theolog. verit.*, cap. 14.

23. Si in actionibus finis primus ponatur Deus, et finis ultimus aliquid temporale, perversissimum est. *Ibid.*

24. Omnis prosperitas, omnisque laborum felicitas in fine consistit. Homil. 29.

25. In omnibus rebus plurima ex parte ad initium respicit finis, similisque principii rerum exitus datus. Lib. 10, *Recognit.*

26. Ex fine suo unusquisque aut justificatur, aut condemnatur. Hab. apud *Bedam*, in *Scientiis*, cap. 22.

27. Plus amat finis, quam medium. Super epist. *Vad. Cor.*, cap. ix, art. 9.

28. Nihil est magnum re, quod parvum est tempore : nec longis dilatatur gaudiis quiddam arcto fine concluditur. In *Epist. parenetica ad Valerian.*

29. Hoc teneo, hoc verum puto, hoc multiplici experientia didici, quod ei non bonus est finis, cui mala semper fuit vita. *Prosec.*

30. Hoc teneo, hoc verum puto, hoc multiplici experientia didici, quod ei non bonus finis, qui peccare non timuit, sed in mundi vanitatibus semper vixit. Epist. ad *Damas. pap. de morte D. Hieron.*

31. Omnis prosperitas, omnisque laborum felicitas in fine consistit. Homil. 5, ad *Monach.*

32. Multi bene incipiunt, et male finiunt. Super II, *Paralip.*, cap. xiv.

33. Parum est quiddam finitur, sed qui hoc longum putat, de aeternis non curat. Super *Job*, cap. vi.

34. Finis duobus dicitur modis : quando aliquid deficit, vel quando perficitur. Super *Psalm. III*.

35. Mundus et infernus sunt fines diaboli. Super *Psalm. VII*, in illud : *Excitare in finibus*.

36. Quanto accedit finis mundi, tanto magis frigescit charitas, crescent errores, crebrescunt mala. Super *Joan.*, cap. vi.

37. Dum rerum finis attenditur, omne quod praeterit, quasi jam fuisse pensatur. Lib. 4, *Moral.*, cap. 30.

38. Sancti viri, qui ad aeterna cor elevant, quam breve sit quod sine clauditur, pensant : et eorum sensibus viscescit quod praeterit. *Ibid.*, lib. 8, cap. 8.

Tom. II.

39. Finem suum nemo cognoscit. Homil. 38, super *Evang.*

40. Pro magno diligere non debet quiddam sine clauditur. Lib. 7, in *Registr.*, indict. 2, cap. 54, epist. 54, ad *Adoclatum*.

41. In hac terra, in qua vivimus, finem suum mundus non nuntiat, sed ostendit. Lib. 3, *Dialogi*, cap. 38.

42. Sicut finis non est gaudium bonorum; ita finis non erit tormento malorum. *Ibid.*, lib. 4, cap. 44.

43. Justum est ut culpa, quae cum fine perpetrata est, sine fine puniatur. *Ibid.*

44. Iniqui ideo cum fine deliquerunt, quia cum fine vixerunt : nam voluissent, si potuissent, sine fine vivere ut potuissent sine fine peccare. *Ibid.*

45. Ut agriculturae finis est, frugum perceptio : aedificationis, aedium habitatio ; navigationis, divitiae, certaminis corona : sic virtuosae vitae finis est, ut servus Dei et sis et voceris. *De Vita Moysis*.

46. Res humanas cum adhuc oriri videntur, jam finis arripit. Super *Eccles.*, cap. 2.

47. Cujus talia principia, qualis finis erit? Epist. 3, ad *Heliodor.*

48. Non quaeruntur in christianis initia, sed finis : Paulus male cepit, sed bene finivit : Judas laudantur exordia, sed finis proditione damnatur. Epist. 10, ad *Furiam*.

49. Habet unusquisque nostrum terminos suos ; redde mihi meum, et tu tene tuum. Epist. 2, ad *Pammach.*

50. Celerem habiturae res finem, sine fine quaeruntur. Epist. 1, ad *Demetriad.*

51. Finis in ipso exordio cogitandus est, qualis ad illum ultimum diem pervenire cupis, talis nunc esse conare. *Ibid.*

52. Nihil longum est, quod finem habet. Lib. 3, super *Ezech.*, in proemio.

53. Bonum omne et veritas certo fine concluditur : malitia vero atque mendacium sine fine sunt. Super *Ecclesiasten*, cap. xii, super illud *Ecclesiastici xx : Ex multiloquio*.

54. Mala opera malus finis expectat. Super II ad *Cor.*, cap. xi in illud : *Quorum finis*.

55. Stulti sunt, qui in media via finem faciunt, ubi non est finis; et non prospiciunt finem, ubi est finis. Homil. 12, super *Ecclesiasten*, in illud *Psalm. VII : Concepti dolorem*.

56. Enormis est fructus viventis, si capiti non respondeat finis. *De Eleemosynis*, cap. 6.

57. In omni arte praecedit quidam scopus, quem nisi quis omni studio perseverantiaque servaverit, nec ad finem desiderati fructus poteri pervenire. *Prosec.*

S. GREGOR. NYSS.

S. GREGOR. THAUMAT.

S. HIERON.

HUGO A S. VICTOR.

S. INNOC. III.

JOAN. CASS.



68. Finis christiana professionis, regnum Dei, seu regnum caelorum est : scopus vero, puritas est cordis, sine qua ad illum finem impossibile est quietam pervenire. Collat. 1, *Abbat. Moysis*, cap. 4.
- S. JOANNES CHRYSOST. 59. Incipere multorum est, finire vero paucorum. Homil. 24, super *Math. Oper. imperf.*
60. Semper in principio delectatio est, in fine probatio. *Ibid.*
61. Cor bonae fidei est exitus bonus : quia incipere aliquid bonum non est gloriosum, sed finire *Ibid.*
62. Frequenter quod incipit homo, corporis voluptas est : quod autem finit, animae virtus est. *Ibid.*
63. Omnibus laborantibus dulcis est finis : viator libenter interrogat, ubi sit mansio ; mercenarius frequenter computat, quando annus completur ; agricola semper tempus messis expectat ; negotiator die ac nocte thesae suae discutit rationem ; mulier praegrans indesinenter de decimo mense cogitat ; servi Dei libenter de consummatione saeculi requirunt. *Ibid.*, homil. 48.
64. Audax et temerarius est homo, et tale diaboli ingenium est, ut eos qui sibi constituti sunt fines transire sibi persuadeat. Homil. 6, super *Joan.*
65. Quidquid finem habet, non admodum pretiosum est : et quidquid hodie est, et cras desinit, vilissimum est. *Ibid.*, homil. 43.
66. Omnia bona tunc mercedem habent, cum debitum finem consequuntur. *Ibid.*, homil. 76.
67. Non exordia sola oportet habere clara, sed etiam et finem clariorem. Homil. 24, super *Epist. ad Hebr. Morali.*
- JOAN. TRUTH. 68. Quotquot exordiis finem non posuerunt competentem et consequentem, et coeuncinum, perierunt. *Ibid.*
69. Nemo ad finem principalem potest pertinere, qui finem negligit observare. Parte 1 de *Regione claustral.*, tract. 2, reg. 7, art. 1.
70. Quidquid intentione vana incipitur, bono fine raro consummatur. Orat. 5, in *Conventu Abbat. habit.*
- S. ISIDORUS HISPALENS. 71. Unumquemque Deus de suo fine, non de vita praeterita iudicat. *Prosec.*
72. In vita hominis finis quaerendus est, quoniam Deus non respicit quales antea viximus, sed quales circa finem vitae erimus. Lib. de *Summo bono*, cap. 44, sent. 6.
73. Immunditia vitae prioris mutanda est per innocentiam boni finis. *Ibid.*
74. Ex fine suo unumquemque aut justificat aut condemnat Deus. Lib. 2, de *Offic. Eccles.*, cap. 16.
75. Inutile est omne quod suo fine caret. In *Quaest. a gentibus posit.*, quaest. ult., respons. 11.
76. In omni re, in quolibet negotio, videndus est finis. De *Ligno vitae*, tract. 13, de *Orat.*, cap. 40.
77. Finis cujusvis principii, est consentanei motus complementum. Centur. 3, de *Virt. et vitio*, cap. 50.
78. Uniuscujusque rei finem, ante initium considera. *Paraves.* 30.
79. Finis is, quae sui causa sunt, merito anteponendus est. De *regno ad Arcadium imperatorem.*
80. Humana qualiacunque fuerint, finem habent et celerem finem. Orat. 4, super *Daniel*, in illud : *Magna sunt mirabilia ejus.*
81. Ea, quae sunt ad finem, sortiuntur bonitatem ex ordine ad finem. 2, 2, quaest. 81, art. 6.
82. In omnibus rebus respice finem. Lib. 1, de *Imit. Chri.*, cap. 24.
83. Sapientis est ordinare vitam suam, et debitam actibus suis imponere finem. De *Exercit. spirit.*, cap. 1.
- SENTENTIA PAGANORUM.
84. Impossibile est substantias esse absque fine, sic etiam si finis a sapiente non praefigatur cessabit ejus inquisitio ; siquidem finis praesuppositio in scientia, adjuvat multum considerantem. Lib. 1, *Theolog.*, cap. 1.
85. Finis cujus gratia quidquam vel constat vel conditum est, boni honestique obtinet rationem. Lib. 1, de *Part. animal.*, cap. 5.
86. Finis operantis omnis est, qui accomodatur habitui. Lib. 3, *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 7.
87. Finis belli, pax : finis negotii, otium. Lib. 7, *Polit.*, cap. 15.
88. Perfectus finis nihil aliud, quam felicitas esse videtur. Lib. 1 *Magior. moral.*, cap. 2.
89. Vita proposito fine carens, insignis stultitiae argumentum est. Lib. 4, *Ethic. ad Eudomium.*
90. Optimus virtutis finis est, antequam deficiat, desinere. Lib. 4, *Comrovers.* 8.
91. Nullius rei meditatio tam necessaria est, quam sui finis. Epist. 70.
92. Prope est rerum omnium terminus, prope est, inquam, et illud unde felix ejicitur, et illud unde infelix emittitur. Epist. 110.
- Vide etiam tit. *Error*, sent. 2 ; *Exercitium*, sent. 19, 20 ; *Incipere*, sent. 5, 8, 9, 17, 19, 22, 34, 37, 38, 42, 44, 53, 55, 56, 57, 58, 59, 60, 61, 62, 64, 65, 66, 70, 72 ; *Opus*, sent. 116 ; *Prosperitas*, sent. 63 ; *Sollicitudo*, sent. 3.
- S. JUSTIN. MORT. S. LAURENT. JUSTIN. S. MAXIMUS MART. S. NILUS. S. SYNESTUS EPISCOPUS. S. THEODOR. S. THOMAS AQUINAS. THOMAS A KEMPIS. ARISTOTEL. S. BERNARD. S. BONAV. S. CYPRIAN. S. EPHEM. GILBERT. ANGLIES. S. GREGOR. MAGNUS. S. HIERON. SENECA. HUGO A S. VICTORE. S. IGNATIUS MARI. LACT. FIRM.

- FIRMITAS.
- COLLECTOR. *Definitio.* Firmitas est virtus faciens constanter persistere in bono contra difficultatem, quae provenit quibuscunque impedimentis exterioribus. *Vel*, Firmitas est stabilitas animi constantis, et in opere perseverantis.
- SENTENTIA PATRUM.
- A. AUGUST. 1. O Domine Deus! firmitas nostra quando tu es, tunc est firmata : cum autem nostra est, infirmitas est. Lib. 4 *Confess.*, cap. 16.
2. In tribulationibus, in angustiis, in tentationibus fortis esto, perdura : medici manus est, non latronis. Super *Psaln.* xxxix, vers. 16.
3. Multos impedit a firmitate praesumptio firmitatis : nemo enim erit a Deo firmus, nisi qui se a seipso sentit infirmum. Serm. 43, de *Verbis Dom.*
4. Nemo tanta est firmitate suffultus, ut de stabilitate sua debeat esse securus. Serm. 2, in *Sabbat. post. Dominicam Quinquag.*
5. In cunctis semper idem sis, tam in prosperis quam in adversis. Serm. 4, ad *Fratr. in eremo.*
- S. BERNARD. 6. Constantia nulli cedit, nec minis concutitur, nec donis corrumpitur, nec circumvenitur dolis. Epist. 130, ad *Pisanos.*
- S. BONAV. 7. Vir justus in omnibus semper manet immobilis : nam ipsum humilitas non deprimit, ipsum honor non ambit, ipsum adversitas non frangit. Tit. 5, *Diecte*, cap. 8.
- S. CYPRIAN. 8. Adversus omnes diaboli terrores et minas mundi, animus firmus, et immobilis perstat, quem futurorum fides certa et solida corroborat. De *Echort. martyr. ad Fortunat.*, cap. 42.
- S. EPHEM. 9. Firmo ac stabili corde simus ; nam virtuti adversatur segnitias. De *Virtute*, cap. 4.
- GILBERT. ANGLIES. 10. Melior est infirmitas monachi, quam secularis firmitas. Serm. 37, super *Cant.*
- S. GREGOR. MAGNUS. 11. Nemo potest immobilis stare, qui mobilia diligit. Lib. 8 *Moral.*, cap. 24.
- S. HIERON. 12. Nemo est tanta firmitate suffultus, ut de stabilitate debeat esse securus. In *Regula monachor.*, cap. 3, de *Castitate.*
- HUGO A S. VICTORE. 13. Vir contentus eligit pugnare, ut vineat ; laborare, ut quiescat ; mori, ut vivat. Lib. 3 *Miscellan.*, codic. 2, tit. 19.
- S. IGNATIUS MARI. 14. Sta firmitus velut incus quae verberatur : magni athletae est feriri, et vincere. Epist. 44, ad *Polycarp. episcop. Smyrn.*
- LACT. FIRM. 15. Firmitas ubi ferit, nec senectus locum potest habere, nec mors quae sequitur senectutem. De *Opific. Dei*, cap. 4.
- PELLO JUG. 16. Nihil est in rebus generis firmum, sed omnia mortalia necessariae mutationes admittunt. De *Mundi opific.*
- THOMAS A KEMPIS. 17. Manens firmus in medio sanctae Congregationis, et manebit tecum Dominus : si bonus es, mane, et alios edifica : si peccator es et infirmus, mane ut edificeris ab aliis. Serm. 2, ad *Novitios*, divis. 3.
- SENTENTIA PAGANORUM.
- ARISTOTEL. 18. Nullis in operibus humanis tanta est firmitas, quanta est in operationibus haece, quae a virtute proficiuntur. Lib. 1 *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 19.
- SENECA. 19. Merito certissima firmitas habetur, quae omnes incurtus respuit. De *Constant. sapient.*, cap. 3.
20. Nihil firmi habet, qui in incerta propensus est. Lib. 7, de *Benefic.*, cap. 2.
21. Experimentum tui profectus cupias, non oratione, nec scripto, sed animi firmitate. Epist. 20.
22. Non mirum est in tranquillitate non contenti : illud mirare ; ibi extolli aliquem, ubi omnes deprimuntur : ibi stare, ubi omnes jaacent. Epist. 74.
23. Nihil firmum infirmo, nihil fragile aeternum et invictum est. Epist. 98.
- FLAGELLUM DEI.
- COLLECTOR. *Definitio.* Flagellum Dei est punitio ejus, vel inflicto poenae temporalis, hominibus illata ad correptionem.
- S. ISIDORUS HISPAL. *Divisio.* Gemina est persecutio divina : una, qua percuntur in carne, ut emendemur ; altera, ex qua vulneramur in conscientia ex charitate, ut ardentius diligamus. Lib. 3, de *Summo bono*, cap. 2, sentent. 1.
- S. BONAV. *Differentia.* Percussionum Dei diversa sunt genera : aliquando peccator percutitur, ut absque retractatione puniatur ; aliquando percutitur ut corrigatur ; aliquando percutitur, pro futura culpa vitanda ; aliquando percutitur, ut potentia divinae virtutis monstretur. Super *Joan.*, cap. ix.
- S. ISID. HISP. *Trimoda* ratione Deus quos voluerit percutit : scilicet, ad damnationem reprobos, ad purgationem electos, ad propagandam meritum gloriam justos. Lib. 2, de *Summo bono*, cap. 2, sent. 3.
- SENTENTIA PATRUM.
- S. AMBROS. 1. Bonum est flagellari in delicto, ut cum hominibus flagellemur ; ne cum diabolo flagellemur, qui cum hominibus noluit flagellari. De *Paradiso*, cap. 14.



2. Medicina Christi correptio est: corripit enim Deus, quem vult convertere. Super *Psalm.* xxxvii.

3. Ne neglexeris disciplinam Dei, severa quidem est in corripiendo, sed dulcis in corrigendo. Super *Psalm.* xliii.

S. ANTONIN. 4. Magnum est argumentum quod ad majora bona illos Deus conservat, quos presentibus bonis privat. *Prosec.*

5. Quia nisi correptis hereditatem Deus dare disponeret, erudire eos per molestias non curaret. Part. 4, tit. 3, cap. 7, § 9.

6. Vere Deus Pater est his, quos per flagella emendando castigat. *Prosec.*

7. Pater enim qui parcit virgæ, odit filium suum: qui autem diligit, instanter erudit. *Ibid.*

8. Consideratio præmii, minuit vim flagelli. *Ibid.*

9. Delicias flagella repellunt. Part. 4, tit. 3, cap. 7.

S. ATHANAS. PATRIARCH. 10. Hoc tuo iudicio assequeris, puniri nos a Deo, non ut pereamus, sed ut convertamur. Epist. 6, ad *Imperat.*

S. AUGUST. 11. Malos et iniquos Deus flagellat pœnis temporalibus, quos voluerit: ipsi namque iniqui, si correcti non fuerint, servat æterna supplicia, qui eorum malitia juste utitur, ut aliis mala ingerat temporalia. Epist. 70, ad *Bonifac.*

12. Deus creaturam suam quam non vult perire, sæpe castigat, corripit atque flagellat, et flagellando ad se reducit. *De Essentia divinit.*, verbo *Zelare.*

13. Per severitatem et misericordiam Dei, tribulationum flagellis solet pericula castigari. Lib. 2, contra *Litt. Pelagianas*, cap. 83.

14. Cum punit Deus peccatores, non malum suum eis infert; sed malis eorum eos dimittit. Super *Psalm.* v, vers. 9.

15. Flagellum Dei medicamentum est contra peccata. Super *Psalm.* xxxvii, vers. 19.

16. Quando parco, cantas et laudas; quando castigo, murmuras: quasi quando parco sim Deus tuus, et quando castigo non sim Deus tuus. Super *Psalm.* xlix, vers. 18.

17. Illi Deus irascitur, quem peccantem non flagellat. Super *Psalm.* xcvi, vers. 9.

18. Cum flagellat Deus filium, curat sub manu patris flagellantis: quia qui flagellat, ad hereditatem erudit; ab hereditate non repellit filium suum, quem castigat, sed ideo flagellat ut recipiat. Super *Psalm.* xcii, vers. 11.

19. Sœviat quantum vult Deus, pater est: sed flagellavit nos, et afflixit nos, et contrivit nos, pater est. *Prosec.*

20. Fili, si ploras, sub patre plora; noli cum indignatione, noli cum typho superbia: quod pateris, unde plangis, medicina est, non pena; castigatio est, non damnatio.

21. Noli repellere flagellum, si non vis repelli ab hereditate: noli attendere quam penam habeas in flagello, sed quem locum in testamento. Super *Psalm.* cii, vers. 13.

22. Paterna iudicia laudentur et in flagello, si promissa diligantur in præmio. Super *Psalm.* cxviii, conc. 3.

23. Laudas Deum, quando tibi bene est: blasphemias, quando tibi male est. Quod quidem male, si iustum, non est male: iustum est autem, quoniam ab illo fit, qui iniuste facere nihil potest. *Prosec.*

24. Eris insulsus puer in domo patris, amans patrem si tibi blanditur, et odio habens quando te flagellat, quasi non et blandiens et flagellans hereditatem parat. Super *Psalm.* xxxii, conc. 1, vers. 1: *Rectos docet colloquatio.*

25. Tu si promissa patris bene agnovisti, non timeas flagellari, sed exheredari. *Prosec.*

26. Peccator filius delinquitur flagellari, cum sine peccato videat unicum Filium Dei flagellatum. Super *Psalm.* lxxxviii, conc. 2.

27. Sive in Dei donis, sive in ejus flagellis laudas eum: laus flagellantis, medicina est vulneris. Super *Psalm.* cxxxiv, vers. 2.

28. Quod te Deus permiserit pati, flagellum corrigentis est, non pena damnantis: ad hereditatem sempiternam erudimur, et flagellari dedignamur? Tract. 7, super *Evang. Joannis*, cap. 1.

29. Qui te flagellat in isto saeculo, ad emendationem, non ad damnationem facit: ferto patrem erudentem, ne sentias iudicem punientem. *Ibid.*, tract. 12, cap. iii.

30. Si exceptus es a passione flagellorum, exceptus es a numero filiorum: qui flagellat unicum sine peccato; nunquid relinquet adoptivum cum peccato? *De Pastorib.*, cap. 5.

31. Si Deum diligis, quod facit Deus diligis: et si quod facit Deus diligis, disciplinam Dei flagellantem te diligis, flagellum Dei libenter sustines. *Prosec.*

32. Flagellum ergo Dei non contemnas, sed flagellatus dic, Deo gratias. Dilige corripientem, dilige corrigentem, dilige arguentem. Lib. 1, de *Visitat. infirm.*, cap. 4.

33. Flagellum Dei gaudenter suscipe, flagellat in te quod nescis, nec iniuste. *Ibid.*, cap. 6.

34. Si non vis in flagello Deum recognoscere, corpore et anima flagellaberis: non enim flagellat Deus bis in idipsum. *Ibid.*, cap. 6.

35. Melius est ut Deus flagellet te, et recipiat te, quam percat tibi et deserat te. *Prosec.*

36. Bona dat Deus, blanditur ne fatigemur in via; corripit, credit, percutit, dirigit, ne aberremus in via. Sive ergo blanditur ne fatigemur in via, sive castiget ne aberremus in via, refugium factus est nobis. Sermon. 4, de *Verbis Dom.*

37. Magna misericordiae Dei est, nequitiae impunitatem non relinquere: et ne cogatur in extremo gehenna damnare, modo flagello dignatur castigare. *Ibid.*, serm. 37.

38. Flagellantur boni simul cum malis, non quia simul agunt malam vitam, sed quia simul amant temporalem vitam. Lib. 1, de *Civit. Dei*, cap. 9.

39. Deus nec justo, nec peccatori parci; illum flagellando ut filium, istum puniendo, ut impium. Lib. 2, contra *Fuust.*, cap. 20.

40. Nemo flagellatus dicat indigno se accipere disciplinam. *Annotat. in Job*, cap. xxxviii.

41. Flagellum Dei ad patientiam erudit bonos. Lib. 1, de *Civ. Dei*, cap. 8.

42. Quod te permiserit pati Deus, flagellum corrigentis est, non pena damnantis. Tract. 7, super *Joan.*

43. Dominus dat disciplinam ad tempus, ne damnet in æternum. *Ibid.*, tract. 5.

V. BEDA. 44. Deus ideo dicitur creans mala, quia pro peccatis nostris immittit flagella. In suis *Prov.*, verbo *Deus.*

45. Pœnas gravissimas quandoque sunt passuri, qui pro scleribus suis remittunt parva flagella pati. *Ibid.*, verbo *Pœnas.*

S. BERNARD. 46. Non eris amore dignus, qui indignis castigatione consors. Sermon. 42, super *Cantica.*

47. Flagellantur aliqui non tam purgandi quam probandi, coronandique, et major in eis patientia comprobatur et commendatur. Sermon. 5, *hebdomadæ penosa.*

48. Illi irascitur Deus, quem peccantem non flagellat: nam quem flagellando non emendat, in futuro damnat. Lib. *Medit.*, cap. 6.

BONETUS. 49. Talia sunt Dei flagella, ut degustata quidem mordent, interiori autem recepta dulcescant. Lib. 3, de *Consolat. phisic.*, prosa 1.

S. DONAT. 50. Cum a Deo quis flagellatur, scrutari debet quod sit patris percussio, peccatorum purgatio, patientiæ remuneratio. Expos. 4, super *Psalm.* cxviii, in illud: *Ne calamitentur me superbi.*

51. Quos in presenti flagella non corrigunt, ad futura transmittunt. Super *Sap.*, cap. xii.

52. Omnium flagellorum causa, et vita perversa. Super *Lament. Hierem.*, cap. 1.

53. Homo decem de causis puniri consuevit: primo, ad purgationem, ut Maria soror Moysi;

secundo ad probationem, ut Job; tertio, ad humilitationem, ut Paulus; quarto, ad glorificationem divine potentie, ut cæcus natus; quinto, ad commendationem divine clementie, ut pater Joannis Baptistæ; sexto, ad manifestationem divine justitiæ, sicut Herodes ab Angelo percussus; septimo, ad punitionem parentum, ut pueri Sodomitæ; octavo, ad terrorem aliorum; decimo, ad delectationem criminum. Super *Luc.*, cap. xlii.

54. Unumquemque electum, divina gratia tunc magis erudiendo custodit, cum eum quasi percussus deserit. Lib. 2 *Pharetra*, cap. 16.

55. Peccatori gravis manus est Dei, quæ flagellat; et ponderosa, quæ vindicat. Super *Psalm.* xxxi.

56. Flagella Dei sunt, quæ nos celeriter sanant, quæ nos velociter liberant, et in viam veritatis adducunt. Super *Psalm.* xxxi, vers. 13: *Multa flagella peccatoris.*

57. Frequenter emundat Deus quos flagellat: ut purgatum recipiat, quem peccatis sordidum respuebat. Super *Psalm.* lxxviii, vers. 42.

58. Flagellat Deus, ut erudiat. Super *Psalm.* cii, vers. 2.

59. A Domino castigari, est tanquam a pedagogo erudi, et a morte liberari. Lib. 1 *Pedagogi*, cap. 7.

60. Amor Dei ingretos prosequitur, et revocat: neque tunc odit, cum corripit et flagellat. *De Baptismo Christi*, cap. 3.

61. Verberat Deus ut liberorum amans Pater traducens ad meliora, et abducens a turpioribus eos, qui his sunt impliciti. Lib. 3, super *Isaiam*, cap. xxxviii.

62. Omne flagellum quod a Deo infligitur, utiliter infligitur, cum sit bonum, vel efficiens bonum, vel prohibens malum. Lib. *contra Manicheos*.

63. Periculosissimum est, et maximum divini odii reprobationisque signum, non castigari, nec argui a Deo in hoc in saeculo. Super *Epist. ad Hebr.*, cap. xii, art. 42, super illud: *Flagellat omnem filium.*

64. Correptio et disciplina Domini, peculiare quoddam est amicitie et filiationis Dei symbolum. In *Elucid.*, super cap. v, *Job* in illud: *Increpationem Domini ne reprobes.*

65. Vix potest in finem perstare in numero filiorum, qui extra disciplinam Dei est, quique paterna Dei visitatione non aliquando corripitur. In *Elucid.*, super *Psalm.* xvii.

66. Corripere solitus est Deus homines, quemadmodum plus pater filium corripit peccantem: parit ut quod per iniquitatem justitiæ subtrac-

CASSIODOR.

CLEMENS ALEX.

S. CYPRIAN.

S. CYRILLOS ALEX.

DIDYM. ALEX.

DIONYSIUS CARTHUS.

FRANCISCUS TITELM.



tum est, per vindictam poenitentiam restituatur. *Prose.*

67. Partim vero ut correptus, offendisse se sciat, et quem offenderit agnoscat: agnoscens vero, emendare studeat; ne iterum veleadem, vel prioribus peiora non castigatus committat. In *Elucid.* super *Psalm. xxxviii*, vers. 13: *Propter iniquitatem corripuisti hominem.*

68. Melius est temporaliter affigi, quam aeterna punitione a Deo ferri. *Ibid.*, super *Psalm. xxxviii*, vers. 23.

GLOSS. ORD. 69. Sic bonus Deus occidit, ut vivos efficiat: et percudit, ut sanet. Super *Deuter.*, cap. xxxii, in illud: *Ego occidam.*

70. Deus arguit, ut servet, non ut perimat. Super *Job*, cap. v, in illud: *Beatus qui corripitur a Domino.*

71. Haec Deus facit, ut in erratorum cognitorem constitutum, pristinum splendorem recipias. *Ibid.*

72. Non pro corrigenda culpa, sed pro augenda gratia justus percussus est. *Ibid.*, cap. xvii.

73. Flagella justorum, vel praeterita purgant, vel futura peccata avertunt. *Ibid.*, cap. xxiii.

74. Sicut vitium teritur, ne quid extra queramus, et mundo blandiente seducamur. *Ibid.*, cap. xxxiii.

75. Tanto minus de flagello quo castigamur, murmurare debemus, quanto certius in eo paterno dilectionis pignus tenemus. Super *Prov.*, cap. iii.

76. Pauca sunt, quae in hac vita Deus flagellat; quia si qua hic punit, plura reservat; et aliquando ferire incipit, quod aeterna damnatio consummat: quaedam punit, ne videatur non curare humanam: quaedam reservat, ut iudicium restare sentiamus. Super illud *Job xxxv*: *Nec ulciscitur scelus.*

GLOSS. INT. 77. Misericorditer corripis, qui flagellas omnem filium, quem recipis. Super *Tobiam*, cap. iii.

78. Haec es via veritatis, ut in flagellis animas nostras humiliorum, et patientiam habere studeamus. Super lib. *Judic.*, cap. 8.

79. Pia oratio, quae optat malis flagella Dei, non ad poenam est, sed ad correctionem. *Ibid.*, cap. xvii.

80. De manu ferientis Dei fugit, qui se corrigit. *Ibid.*, cap. xxvii, in illud: *De manu ejus fugieus.*

81. Flagellat Deus quem diligit. *Ibid.*, cap. xvii.

S. GREGOR. MAGNUS. 82. Peccatorem Deus quoties feriendo corrigit, ad hoc flagellum mittit, ut parcat. *Prose.*

83. Cum Deus peccatoris vitam in peccato permanentem feriendo concludit, flagellum emittit, sed nequaquam parcat. Lib. 18 *Moral.*, cap. 13.

84. Cum perversum quemquam Deus omnipotens percudit, condolendum est miseris percussis, et congaudendum justitiae judicis. *Ibid.*, lib. 22, cap. 6.

85. Ut electus quisque aeterna supplicia evadat, et ad perennem gloriam pauper ascendat, debet hic assiduis flagellis atteri, quatenus in iudicio valeat purgatus inveniri. *Ibid.*, lib. 6, cap. 13.

86. Flagellum tunc diluit culpam, cum mutaverit vitam: nam cujus mores non mutat, non expiat actiones. *Ibid.*, lib. 18, cap. 13.

87. Omnis divina percussio, aut purgatio in nobis vitae praesentis est, aut initium poenae sequentis. *Ibid.*

88. Dum flagellatur iniquus, et corrigitur: audire praecipit nobis, audit dolorem. *Ibid.*

89. Quos damnant flagella, et non liberant, his flagella ab hac vita inchoant, et in aeterna percussione perdurant. *Ibid.*

90. Transitorio hic verberare affligunt electi, ut a pravitate flagella corrigant, quos paterna pietas ad hereditatem servat. *Ibid.*, lib. 24, cap. 4.

91. In hac vita dum sumus, flagellis alteri necesse est: cum vero flagellis alterimur, malis increpantibus admonemur, ne mundo blandiente seducamur. *Prose.*

92. Flagella dum tentant, surgentes in corde huius mundi voluptates eradicant.

93. Per ferientia flagella cognoscimus quid de hoc mundo fugiamus; per ista comprimimur, ne quid extrinsecus appetamus.

94. In laboribus flagellorum non solum nobis nostra infirmitas innotescit, sed etiam in quantam virtute profecerimus, agnoscimus. *Ibid.*, lib. 23, cap. 17, num. 17.

95. Unusquisque in flagello positus, minus adhuc peccata sua considerat, si vel tantum vel amplius se percussum quam merebatur existimat. *Prose.*

96. Qui veraciter poenitet, quanto se juste sub flagello ferri cogitat, tanto districtiori examinatione minus se percussum quam merebatur, agnoscit.

97. Quis conspicit quam gravis sibi culpa fuerit quod erravit: et idecirco hoc patitur, districtum esse non sentit, quia districto novit pensare quod fecit. *Ibid.*, lib. 24, cap. 6, num. 6.

98. Homo justus disciplinae flagello percuteitur, ut postmodum vitae perfectione roboretur. *Ibid.*, lib. 35, cap. 15.

99. Per culpam discordes Deo extitimus, diu eademque re, ex qua carnalibus dat flagellum, ex ea spiritualibus virtutis praestet incrementum. *Ibid.*, lib. 3, cap. 6, super illud *Job ii*: *Si bona accepimus.*

400. Duobus modis flagella pensanda sunt, aut qualia sint, aut quanta: nam saepe nulla ex qualitate, saepe gravia ex quantitate levigantur: si videlicet cum nulla sint, non sint gravia: cum vero gravia, non sunt nulla. *Ibid.*, cap. 3, num. 8, super illud *Job ii*: *Percussit Job ulcere pessimo.*

401. Quisquis dona percipit, sed donorum tempore, nequaquam etiam flagella pertimescit, in elationem per leuitiam corrui. *Prose.*

402. Quisquis autem flagellis atteritur, sed flagellorum tempore nequaquam se ex donis, quae eum contigit accepisse, consolatur; a statu mentis omnimoda desperatione destruitur. *Ibid.*, cap. 7.

403. Beatus homo, qui corripitur a Domino: quia per hoc quod peccator dolore correctionis premitur, quandoque ad bestitudinem, quae sine interventu doloris est, eruditur. *Ibid.*, lib. 6, cap. 13.

404. Quisquis pro culpa percuteitur, sed in querela suae percussiois elevatur, increpationem Domini reprobat, quia homo iniuste se perpeti acensat. *Ibid.*, cap. 14.

405. Humanum spiritum visitatio superna custodit, cum hunc virtutibus ditatum, vel flagello percutere, vel compungere amore non desinit. *Ibid.*, lib. 9, cap. 29, num. 38.

406. Dolor flagelli temperatur, cum culpa cognoscitur: quia tanto quisque patientius ferramentum medici tolerat, quanto putridum conspici esse quod secit. *Ibid.*, lib. 10, cap. 5.

407. Flagella bonorum aut vita perpetrata purgant, aut ea quae poterant perpetrari futura deviant. *Ibid.*, lib. 16, cap. 19, num. 20.

408. In hac vita cum Deus percudit, si percussioem correctio sequitur, disciplina patris est, non ira iudicis: amor corrigentis est, non districtio punientis. *Ibid.*, lib. 21, cap. 17.

409. Qui in flagellis positus murmurat, justitiam ferientis accusat. *Ibid.*, lib. 32, cap. 5, num. 3.

410. Quisquis contra Dei flagella semetipsum defendere nititur, flagellantis iudicium evanescere conatur. *Prose.*

411. Nam cum culpa sua ferri se denegat, quid aliud quam justitiam ferientis accusat? *Ibid.*, cap. 5, num. 3.

412. Magna satisfactio percussiois est, voluntas justa conditoris: quae cum iniustum facere nil solat, justa agnoscat, etiamsi latet. *Ibid.*, num. 3.

413. Agit haec divina misericordia, ut ex una eademque re, ex qua carnalibus dat flagellum, ex ea spiritualibus virtutis praestet incrementum. *Homil. 4, super Ezech.*

414. Si ipse hinc sine flagello non exiit, qui venit sine peccato: quomodo flagellis digni non erunt, qui huc cum peccato venerunt? *Ibid.*, homil. 8, super illud: *Et super firmamentum.*

415. Quisquis in hac vita flagellis atteritur, in mansuetudine corripitur, quia correctionibus emendatur. Super *Psalm. Septem Penitent.* super *Psalm. 1*, vers. 2: *Ne arguas me in furore tuo.*

416. Sancti viri in hac vita flagellari desiderant, ut flagellis correcti, et imminentes culpas videant, et commissas ante oculos ponant. *Ibid.*, super *Psalm. iii*, vers. 18.

417. Saepe delinquentium oculos flagella aperiant, quos inter vitia insolentiae et securitatis tenebrae claudunt. *Ibid.*

418. Qui contra conditoris flagella murmurat, Dei accusat iudicium, quia se astimat injuste percussum. *Ibid.*, super *Psalm. vii*, vers. 2.

419. Flagella amoris sunt iudicia. Lib. 7, in *Registro*, indict. 2, cap. 32, ad *Andream*. 420. Percussiones Dei favente ejus gratia, non damnationis initium, sed beneficium purgationis existunt. *Ibid.*, lib. 8, indict. 3, cap. 41, epist. 41, ad *Domitium. epis. Carthag.*

421. Percutit Deus, et sanat: quia quos per compunctionem sauciat, per indulgentiam securitatem curat. Lib. 3, in *Reg.* cap. 17, super illud *Deut. xxxi*: *Percutiam: et ego sanabo.*

422. Qui in amore coelestium fixus, saeculum perfecte desuperit, flagellis proficit. In *Septem Psalm. penit.* super *Psalm. ii*, vers. 13: *Sperantem autem in Domino.*

423. Quem divina disciplina conterit, ei humana flagella addi superfluum est. Lib. 12, in *Registro*, indict. 7, cap. 26, epist. 26, ad *Maximian. Episc.*

424. Necesse est, ut peccantes tunc consideremus amplius miseris, quando eos conspicimus in culpa sua sine flagello derelictos. *Homil. 12, super Ezech.*

425. Quisquis appetit plene vita vincere, studeat humiliter purgationis suae flagella tolerare. *Homil. 15, super Evang.*

426. Facilis erit consolatio, si inter flagella quae patimur, ad memoriam delicta quae fecimus revocemus: atque haec non flagella, sed dona cognoscemus. Lib. 7, in *Registr.*, indict. 2, cap. 25, epist. 125, ad *Leandrum episc.*

427. In flagellis positos, flagellis digna committere, contra ferientem est specialiter superbiere, et ferientis acris iracundiam provocare. *Ibid.*, lib. 8, indict. 3, cap. 41, epist. 41, ad *Domitium. episc.*

428. Quinque modis divina flagella homines in praesenti vita tangunt: alii propter solam probationem flagellantur; alii ut erantis virtus glori-



S. HIERON.

flectur; alii ob humilitatis custodiam; alii propter enormitatem scelerum; alii propter præterita peccata remittenda. *Serm. Dom. 20, post Pent.*  
 129. Quantos carnis diversorum dogmatum homines, volutari in cono libidinum, madere sanguine, feritate lupos, rapacitate milvos vincere, et nihilominus flagellum non appropinquare tabernaculis eorum, nec eos cum hominibus verberari? *Epist. 32, ad Castrutum.*  
 130. Non corripit Deus, ut interficiat, atque disperdat sed ut corrigat, et emendet. *Epist. 17, ad Cyprian.*  
 131. Paterna flagella, exercitia sunt innocia pietatis: ama medicum percussorem, ejus plaga mater est medicina. *Prose.*  
 132. Nihil impium pietas parit, ut virtutibus amplexis fructum pietatis spiritaliter curatus includat.  
 133. Ferit pietas, ne impietas judicetur, si non corrigat delinquentem: cum enim non desit in homine quod curatur, ferit ut curet. *Epist. 6, ad Amicam.*  
 134. Felix est qui vapulat, ubi amoris est plaga. *Ibid.*  
 135. Vinco, dum vapulas: sic enim potentia christiana altit incommotis, malis promovetur adversis. *Prose.*  
 136. Ipsiis est ad portum perpetus felicitatis per furentia mundi discrimina navigare, et sub icibus discipline medicinalis potenter ipsa necessitate regnare. *Ibid.*  
 137. Nos urit Dominus, ut curet: tentat, ut liberet: vexat ut salvet. *Ibid.*  
 138. Dominus percudit delinquentes, ut percussos corrigat: et non tam poena est, quam emendatio. *Lib. 2, super Isaiam, cap. 1, super illud: In quo percussam vos, etc.*  
 139. Deus quos placatus attenderit, corrigat: quos propitius intuetur, emendat. *Lib. 4, super Lament. Hierem., cap. 11, super illud: Confregit in ira furoris.*  
 140. Quod flagellatur quisque, agnoscimus: sed ex qua causa flagellum veniat, ignoramus. *Lib. 2, super Lament. Hierem., cap. 11, super illud: Misit in rebus meis.*  
 141. Famen et pestilentiam, et bestias pessimas, et quidquid aliud malorum sustinimus in seculo, propter nostra venire peccata manifestum est. *Lib. 2, super Ezech., cap. v, super illud: Quando misero sagittas famis.*  
 142. Quando propter peccata corripimur, vigilat super nos Deus, et visitat nos: quando vero indigni sumus correptione, a Deo deserimur, et tunc dormire dicitur. *Super Daniel., cap. ix, super illud: Et vigilavit Dominus.*

143. Homo ad hoc punit, ut perdat: Deus ad hoc corripit, ut emendet. *Lib. 3, super Oseam, cap. 11, super illud: Quomodo dabo te, Ephraim?*  
 144. Omnis correptio ad presens non videtur esse gaudii, sed morosis: et postea fructum pacificum justitie reddat his, qui per eam fuerint eruditi. *Lib. 2, super Micheam, cap. vii, super illud Luc. 12: Sint tibi vestri præcincti.*  
 145. Tanto minus de flagello quo castigamur murmurare debemus, quanto certius in eo paternæ dilectionis pignus tenemus. *Lib. 4, super Prov., cap. 11, super illud: Quem diligit Dominus corripit.*  
 146. Infelix est, qui a Deo non corripitur. *Super Psalm. lxxx, vers. 10.*  
 147. Si quis peccans non percitur, iste miser et infelix est. *Ibid.*  
 148. Peccator sub flagello positus, gratum Deo sacrificium immolat, si de sua tribulatione Deum laudat. *Super Thren., super illud 11: Consurge, lauda.*  
 149. Qui flagellum timent, quomodo pro Christo flagella sustinerent? *Lib. 1, de Claustro animæ, cap. 12.*  
 150. Peccator, qui in hoc mundo flagellari non meretur, in inferno torquetur. *Lib. 4, de Anima, cap. 17.*  
 151. Clementia est, non severitas, quod peccator hic pro scelere visitatur. *Super Genes., cap. vi.*  
 152. Multis de causis flagellat hic Deus: quandoque, ut ipse Dominus glorificetur; quandoque, ut hominis meritum cumuletur; quandoque, ut homo probetur; quandoque, ut aliis in exemplum detur; quandoque, ut homo humilietur; quandoque, ut penis culpa expietur. *Super Levit., cap. xix.*  
 153. Solum flagellum, quod pro culpa inferitur, proprie poena dicitur. *Ibid.*  
 154. Flagella sepe iterat Deus ad timorem incutiendum: ut quos amor non provocat ad hominem, saltem timor revocet a malo. *Super Deut., in prolog.*  
 155. Flagella viæ sunt ad Colum. *Super Job, cap. vi.*  
 156. Quasi ligatam habet manum Dominus, cum peccantem non corripit, quod est signum reprobationis. *Ibid.*  
 157. Flagella Domini vincula dicuntur, quia ligant nos, ne libere ad peccata effluamus. *Ibid., cap. 36.*  
 158. Flagella signa sunt paternæ dilectionis: penas aternas correptione, a Deo deserimur, et gaudia aterna donant. *Super Psalm. xxii.*  
 159. Quanto homo prior est ad flagella tolle-

HUGO À S. VICTORE.

HUGO CARD.

randa, tanto Deus prior est ad miserandum. *Super Psalm. xxxvii.*  
 160. Flagella signa sunt aternæ beatitudinis. *Ibid.*  
 161. Delinquentes non flagellare, hæc magna ira Dei est: flagellare autem, misericordia. *Super Psalm. lxxx.*  
 162. Justi hic flagellantur, ne in aeternum damnentur: et ut si quid in eis purgandum est, per flagella purgetur. *Super Sapient., cap. 2.*  
 163. Flagella bonorum et brevia sunt, et ad correctionem, et signa, sive argumenta salutis aternæ sunt: flagella vero malorum, signa aternæ damnationis sunt. *Ibid., cap. 16.*  
 164. Illorum plaga insanabilis est, et pessima, qui in flagellis Dei non corriguntur, sed magis indurantur. *Super Hierem., cap. 30.*  
 165. Dominus ut amicus, et ut pater corripit, et castigat quos amat. *Ibid.*  
 166. Dum Deus peccatores hic corripit, dolet diabolus, quia sic flagellatur a Domino. *Super Isai., cap. xii.*  
 167. Patientia pascitur flagellis. *Super Ezech., cap. xvi.*  
 168. Genus divine castigationis, infirmitas corporis, vel damnum rerum, vel quælibet angustia et afflictio. *Super Epist. ad Hebr., cap. xii.*  
 169. Temporaliter, Domine Deus, tribulas et affligis peccatorem, ut de commissis criminibus puniatur: sed paterne hoc agis, ut deviantem reducas, et errantem corrigas, et de morte aternæ eum eripias. *Lib. 2, de Contemplat. vera patientie, cap. 6.*  
 170. Flagella filium, quem diligis: das disciplinam, ut non auferas misericordiam: cædis contumacem, ut reddas promissam hereditatem. *Prose.*  
 171. Nec mirum, si hic flagellas parvulos, quos exinde grandes queris heredes.  
 172. Flagella igitur, et erudis, et custodis, et illis ad tempus parcis, quos aeternum damnabis. *Ibid., cap. 1.*  
 173. Dum aliquos flagellas, ipsos eligis et erudis ad hereditatem aternam: qui vero cum hominibus flagellari noluerit, cum demonibus flagellabitur. *Ibid., cap. 9.*  
 174. Poenæ et supplicia beneficia sunt, et Dei erga hominem providentia. *Homil. 26, super Gen.*  
 175. Tametsi flagella non gaudii sint occasiones, sed tristitiæ et meroris: nihilominus flagella propter Deum, et causa propter quam flagellatur quis, gaudium pariunt. *Ibid., homil. 23.*  
 176. Non punimur cum nos Deus flagellat, sed erudimur: illud enim admonitionis est magis, quam damnationis, medicina quam supplicii,

S. JOHANNES CHRYSOST.

correctionis quam poenæ. *Homil. 23, super I Cor., in illud 11: Cum Judicaveris, a Deo corripimur.*  
 177. Age, dic mihi, quid habent simile homines, propter Christum flagellari, et cum Deo colloqui? *Homil. 1, super II Cor.*  
 178. Non inferuntur verbera, ut animum frangant aut conterant, sed ut corrigant. *Serm. 6, super Epist. ad Philipp.*  
 179. Omnino impossibile est non flagellari, vel hic ad penitentiam, vel in futuro ad exterminationem. *Lib. 3, de Consolat. Theolog., prosa 4, part. 3.*  
 180. Flagellum aeternum declinat castigatione presentis: nam certiores sumus de venia, quo gravius affligimur presentis corporis poena. *Epist. 69.*  
 181. Frequenter misericors Deus eos, quos diligit, variis modis in hoc mundo percudit, quibus aterna præmia in celo preparavit. *Lib. 1, homil. 10, ad Monachos.*  
 182. Deus quos amat sic ferit, ut castiget, non occidat: ergo felix est, qui vapulat, ubi amoris est plaga. *Prose.*  
 183. Beatus, quem superni verberis remedium curat, corrigit, emendat atque componit. *Lib. 2, de Tent. religios., cap. 1.*  
 184. Qui vult esse in sorte filiorum, prius fiat de numero sub Dei verberibus gaudendum. *Epist. 3, ad Quasdam moniales.*  
 185. Miserere, Domine, misero Isidoro, indigna agenti et digna patienti: assidue peccanti, et ha flagella quotidie sustinenti. *Lib. 3, de Summo bono, cap. 1, sent. 2.*  
 186. Ordinata est miseratio Dei, quæ prius hic hominem per flagella a peccatis emendat, et postea ab aeterno supplicio liberat. *Ibid., sent. 3.*  
 187. Nequaquam Deus delinquenti parit: quoniam peccatorem aut flagello temporali ad purgationem ferit, aut judicio aeterno puniendum relinquit. *Ibid., sent. 4.*  
 188. Justo temporalia flagella, ad aeterna proficiunt gaudia. *Ibid., sent. 6.*  
 189. In hac vita Deus parit impiis, et tamen non parit electis: in altera vero vita parit electis, non tamen parit impiis. *Ibid., sent. 6.*  
 190. Quanto quisque aut in corpore, aut in mente flagella sustinet, tanto et in fine se remunerari sperat. *Ibid., sent. 9.*  
 191. Valde necessarium est, justum in hac vita, et vitium tentari, et verberari flagello: ut dum vitium pulsatur, de virtutibus non superbiat. *Ibid., sent. 12.*  
 192. Durius circa suos electos in hac vita Deus agit ut dum fortioribus flagelli stimulis feriantur,

JOAN. GEN.

JOAN. SAR.

JOAN. TRITH.

S. ISID. HISP.



nulla odlectamenta presentis vite delectent, sed coelestem patriam, ubi certa requies expectatur, indesinenter desiderant. *Ibid.*, sent. 43.

193. Electos suos Deus probat, dum in hac vita illos iudicii flagello castigat. *Ibid.*, sent. 44.

194. Flagellatur homo plerumque a Deo ante peccatum, ne malus sit; flagellatur etiam et post peccatum, ut corrigatur. *Ibid.*, cap. 2, sent. 4.

195. Deus ideo plerumque iustum flagellat, ne de iustitia superbiens cadat. *Ibid.*, sent. 5.

196. In hac vita Deus tanto magis studet, ut pareat: quanto magis expectando flagellat. *Ibid.*, sent. 6.

197. Alios Deus feriendo corrigit, alios vero feriendo interficit. Feriendo namque corrigit, quos diligit: alios feriendo perimit, quos incorrigibiliter delinquentes aspiciit. *Prosec.*

198. Quosque non iam sub disciplina, ut filios pater; sed districta damnatione, ut hostes et adversarios percutit.

199. Unde unusquisque festinet et timeat, ne simul feriatur vita ejus cum culpa.

200. Flagellum namque tunc delet culpam, cum mutaverit vitam: nam cuius mores non mutat, actiones non expiat. *Ibid.*

201. Omnis divina percussio, aut purgatio vite presentis est, aut initium pene sequentis: nam quibusdam flagella ab hac vita inchoant, et in aeterna percussione perdurant. *Ibid.*, sent. 7.

202. Quamvis una culpa bis non percutitur, una tamen percussio intelligitur, quae hic coepit, illic perficitur: ut in his qui omnino non corriguntur praecedentium percussione flagellorum, sequentium sit initium tormentorum. *Ibid.*, sent. 8.

203. Quibusdam secreto Dei iudicio hic male est, illic bene: ut dum hic castigati corriguntur, ab aeterna damnatione liberentur. *Prosec.*

204. Quibusdam hic bene est, illic male, sicut diviti illi accidit, qui hic potentiae claritate conspicuus, post mortem gehennae incendiis traditur cruciandus.

205. Quibusdam vero et hic male et illic male est: quia corrigi nolentes, et flagellari in hac vita incipiunt, et in aeterna percussione damnantur. *Ibid.*, sent. 9.

206. Quamvis flagella praesentia iustum a peccatis absolvunt, adhuc tamen sub metu vindictae turbatur, ne instantes ei plagues non sufficiant ad purganda delicta. *Ibid.*, sent. 12.

207. Murmurare in flagellis Dei peccator homo non debet, quia maxime per hoc quod corripitur emendatur. *Ibid.*, cap. 4, sent. 1.

208. Sunt necessarii mali, ut quoties boni offendunt, flagellentur ab illis. *Prosec.*

209. Sed quoties ita fit, de Dei indignatione procedit: ut Deus per illos in eos sevia, quos flagellando emendare desiderat. *Ibid.*, cap. 57, sent. 7.

210. Si hic flagellis atterimur, purgati in iudicio inveniemur. *Prosec.*

211. Semper Deus hic vulnerat, quos ad salutem perpetuam parat. Lib. 1, de *Synonym.*

212. Conversum a peccatis flagella absolvunt: converso instantia flagella ad purgationem proficiunt. *Prosec.*

213. Qui enim hic castigati corrigitur, illic liberabitur: qui vero nec sub flagello corriguntur, et temporali poena et aeterna damnantur.

214. His duplex damnatio est, gemina hic percussio est: quia hic habent initium tormentorum, et illic perfectionem poenarum. *Ibid.*

215. Debet unusquisque peccator temporalibus flagellis atteri, quatenus in iudicio purgatus valeat inveniri. Super *Deuter.*, cap. xxxii.

216. Bonus, quos diligit Deus castigat sapienter, et assiduis laboribus, ad usum virtutis exercet: nec eos caducis ac mortalibus bonis corrumpi ac depravari sinit. *Prosec.*

217. Unde nemini mirum debet videri, si pro nostris sepe delictis castigamur a Deo: imo vero cum vexamur ac prenimur, tunc maxime gratias agimus indulgentissimo Patri, quod corruptelam nostram non patitur longius procedere, sed plagis ac vulneribus emendat. Lib. 5, de *Divin. inst.*, cap. 23.

218. Temporaliter Deus punit, ne in perpetuum damnet. De *Triumphati Christi agone*, cap. 5.

219. Optimum salutis praesidium sunt divinitus irrogata flagella. *Prosec.*

220. Purgantur enim electorum palmitum infereundi rami, ut uberem agricolae procreent fructum: nam qui ineultis remanent, prorsus suo exciduntur tempore, et in ignem mittuntur. De *Interiori conflictu*, cap. 6.

221. Dignum profecto est, ut quos divina benedictio non corrigit, hos varietates temporum, cladis diverse, asperitates bellorum, calamitatum pressure, ad sui provehant cognitionem erroris. De *Obedient.*, cap. 6.

222. Nullus, nisi sit attritus flagellis, fructum consummare potest germinatae iustitiae. Serm. de *Vita solitaria*, cap. 11.

223. Si infirmetur caro, corpus ulceribus impleatur, caput doleat, hebetet visus, obturetur auditus, impediatur gressus, membrage singula contrahantur: nihilominus letare et laudare, quoniam emendatur ut filius, flagellaris ut electus. *Ibid.*, cap. 12.

224. Quemadmodum continuus successus tem-

poralis, indeium damnationis est: ita flagelli eruditio, indubium praedestinationis agnoscitur esse praesagium. De *Contemptu mundi*, cap. 19.

225. Divini flagelli quis valet enarrare praecognita? Est manus Dei, filiorum praecipuum signum, lumen mentis, peccatorum venia, emendator scelerum, origo virtutum, concupiscentiarum interemptor, salus animarum, nutrimentum spei, robur fidei, charitatis augmentum, praecursor veritatis, additamentum sapientiae, passionum carnalium antidotum. *Ibid.*, cap. 19.

226. Isto flagello deficiente, multiplicatur delicti, mentis densatur caecitas, mundi inardescit cupiditas, et superbiae accrescit tinea. *Ibid.*

227. Nuda fide, nudaque charitate Deo adhaerens, permittit te humili, et flagellari, sicut ipse voluerit, et quando ipse voluerit: purgat, expoliat, et probat te Deus, non deserit. In *Canon. vita spiritali*, cap. 9.

228. Flagellatio corporis, his qui perferunt, robur est animi. Centur. 1, de *Virt. et vitio*, cap. 47.

229. Nemo ita ineruditus divina sit disciplina, ut flagella divina perniciem putet, ut verbera Domini poenalem credat interitum. Homil. 3, in cap. 1 *Ezodi*.

230. Animos electorum Deus flagellis interrogat. Epist. 138, ad *Quater. Rothomag. archiep.*

231. Iustum ideo flagellat Deus, ut se cognoscat, ut suos excessus corrigat, ut alios suo exemplo deterreat, ut virtus ejus innolescat, ut veraciter intellectum ad cautelem, ut cautela ad coronam et gloriam cedat. *Ibid.*

232. Flagellis nos Dominus erudit ad salutem: deicit enim ut erigat, vulnerat ut sanet, ut pressura veritatis in gratiam, et afflictio in coronam. *Ibid.*, epist. 142, ad *quendam Prior.*

233. Qui inter flagella Dei murmurant et blasphemant, penis praesentibus poenas gehennales accumulunt. *Ibid.*, de *Charit.*, cap. 30.

234. O quam pia manus Dei, quae ideo verberat misericorditer, ne puniat crudeliter: ideo flagellat temporaliter, ne conflect aeternaliter. *Prosec.*

235. Pie nunc sedit, ut impios ad pietatem convertat, et impietatem malorum ad iustitiam honorum reflectat. De *Ponibus*, cap. 17.

236. Domine ne in ira tua arguas me. Hoc est dicere: argue me, sed non in ira: corrippe me, sed non in furore. *Prosec.*

237. Argue me ut pater, non ut iudex: corrippe me non ut Dominus, sed ut parens.

238. Argue me non ut perdas, sed corripias: corrippe me non ut intormentas, sed emendes. Serm. 45.

239. Magna electis Dei est consolatio, ipsa divina percussio: quia per momentanea flagella, quae perferunt, ad nanciscendam superna beatitudinis gloriam, firmæ spei gressibus convalescunt. Lib. 8, epist. 6.

240. Sicut duris et obstinatis flagella gehennalia sunt tantammodo primitiae tormentorum: sic bonis et rectis eadem flagella, coelestium sunt materia praemiorum. *Ibid.*

241. Laudanda est divina dispensatio, quae ad hoc suos temporaliter verberat, ut perpetuis eos flagellis abscondat: ad hoc premit, ut elevet: ad hoc secat, ut sanet: ad hoc deiecit, ut exaltet. *Ibid.*

242. Dum verberibus cingeris, dum coelestis disciplinae transiombus castigaris, non mentem desperatio deprimat, non querela murmurationis erumpat, non tristitia moeror absorbeat, non impatientem pusillanimitas reddat: sed semper serenitas in vultu, hilaritas in mente, gratiarum actio exultet in ore. *Ibid.*

243. Fili, cave contemnas disciplinam Domini, et castigatus ab eo noli despondere animum: quem enim diligit, arguit, et flagellat omnem clarum filium. De *Congressu querenda*, etc.

244. Deus noster, cum sit optimus animarum medicus, unicum finem habet propositum, ut radicitus mentis infirmitates exsecet, nec ex reliquiis remaneret malum immedicabile. Lib. *Quod Deus sit immutabilis*.

245. Quicumque peccatorum summus nobis consilii, precemur Deum ut puniat nos potius, quam incastigatos pretereat. Lib. *Quod deterius potius*.

246. Qui personam suscipere dignatus est patris, nihil circa filios non misericorditer facit: flagellat adoptatos potius, quam deserat abdicandos. Non ipse nos obliviscitur, sed ut gratiae ejus non obliviscamur, facit. Super *Psaln.* cxi, vers. 14.

247. Quanto mundi malis justis acerbius arguntur: quanto gravioribus flagellis atteruntur, tanto ad Dei amorem vehementius accenduntur. Lib. 2, de *Contemplat.*, cap. 24.

248. Deus non minus bonus est, cum nos flagellat, quam cum parcat. Super *Psaln.* lxiij, vers. 6.

249. Ostendit nobis Deus per flagella quid mereamur, etsi non irrogat quae mereamur. *Prosec.*

250. Clementissima enim ac benignissima castigatione mavult nos corrigere, quam perire: et nos clementis consue temperamento emendare, quam plaga iusto coercionis occidere.

251. Quid miramur, si peccantes nos Deus verberat, cum ipsi peccantes servulos verberemus? 252. Homunculos nos flagellari a Deo nobis,

LUDOVICUS BLOSIGUS.

S. MAXIMUS MART.

ORIGENES.

PETR. BLES.

S. LAURENTIUS JUSTIN.

PETR. CELL.

S. PETRUS CHRYSOL.

S. PETRUS DAMIANUS.

PHILO JUD.

S. PROSPER.

RICHARD. A S. VICTORE.

ROBERTUS BELLARM.

SALVIANUS.



cum ipsi conditionis nostrae homines flagellemus. Lib. 4, de *Guberna. Dei*.

253. Curare nos vult castigationibus suis Dominus, sed curam remedia non sequuntur : urimur et scemur, sed nec ferri desectione, nec cauteriorum adustione sanamur : imo quod est gravius, cura ipsa deteriores sumus. *Ibid.*, lib. 7.

254. Quid querimur quod dure agat nobiscum Deus, cum nullo nos cum Deo durius agamus? *Ibid.*, lib. 4.

255. Perspicuum est cuncta quae affliguntur, iudicio Dei perenti, sed tamen propter peccata subverti. *Ibid.*, lib. 7.

S. THEODOR. 256. Castigationes infligit peccatoribus Deus, ut pravitatis cursum abscindat. Lib. 4, super *Hierem.*, cap. xiv.

257. Puniens Deus, miseretur : et castigatione utens, consolatur. *Ibid.*, lib. 10, cap. lvi.

258. Pena, divinae cognitionis est magistra. Sect. 2, super illud *Ezech.* : *Et scietis, quia ego sum Dominus.*

259. Utilis quae a Deo adhibetur disciplina, poenitentiae est mater. *Ibid.*, in illud : *Et recordabuntur me.*

260. Maxima consolatio iis est, qui puniuntur, punientis Dei cognitio. *Ibid.*, super illud : *Et scietis quia ego Dominus.*

261. Correptio a Deo adhibita, beneficii mater est. Super *Zachar.*, cap. ix.

S. THOMAS AQUINAS. 262. Temporalia mala in poenam infliguntur impiis, in quantum per ea non adjuvantur, ad consecutionem vitae aeternae : iustis autem, qui per huiusmodi mala juvantur, non sunt poenae, sed magis medicinae. 1, 2, quaest. ult., art. ult.

263. Humiliatur anima et purgatur per flagella, confunditur superbia, et evanescit vana gloria. In *Valle lilior.*, cap. 3, sect. 2.

264. Ut corpora nitro, vel aliis huiusmodi lenimentis abundanter a sordibus : ita animae languoribus, aliisque huiusmodi castigationibus purificantur. Lib. 2, cap. 4, de *Vita Iovonis*.

SENTENTIA PAGANORUM.

SENECA. 265. Deus nos tentat, verberat, et lacerat, patiamur : non est savitia, certamen est ; quo saepius adierimus, fortiores erimus. Lib. de *Divina provid.*, cap. 4.

266. Hos Deus, quos probat, amat, indurat, recognoscit, excoeret : eos autem, quibus indulgere videtur, quibus parere, molles venturis malis servat. *Ibid.*

Vide etiam tit. *Afflictio*, sent. 24 ; *Correptio*, sent. 121 ; *Dilectio Dei*, sent. 60 ; *Perire*, sent. 9, 16, 17, 27 ; *Iudicium extremum*, sent. 113 ; *Iustificatio*, sent. 26 ; *Passio in genere*, sent. 58 ; *Patientia Dei*, sent. 15 ; *Perfectio*, sent. 22 ; *Pena*, sent. 55 ;

*Prædestinatio*, sent. 42 ; *Prosperitas*, sent. 83 ; *Providentia Dei*, sent. 59 ; *Punitio*, sent. 48.

## FEMINA. Vide MULIER.

## FORNICATIO.

*Etymologia.* Fornicatio dicitur, quasi formae necatio, id est, animae ad similitudinem Dei formatae mortificatio. *Serm. Dom.* 3, post *Pascha*.

Dicitur fornicatio a fornicibus, in quibus pagani turpitudinem exercebant. Super *Marc.*, cap. vii.

*Definitio.* Fornicatio est luxuria, quae solutus cognoscit solum naturalium usu. Part. 1, *Centiloqui*, sect. 24.

Fornicatio est omnis usus carnalis commixtionis, praeter legitimum concubitum. Super *Epist. ad Rom.*, cap. i.

Fornicatio est amor a legitimo concubio solutus et vagus, expulsa libidinis consecrando licentiam. Super *Marc.*, cap. vii.

*Divisio.* Fornicatio alia est spiritus, alia est corporis : fornicatio spiritus est, deserto Deo adherere diabolo ; fornicatio corporis est, cum meretricibus, vel foeminis, a legitimis viris absolutis, sola libidinis expulsa causa commiseri. *Serm.* 4, super *Salve Regina*.

Fornicatio triplex est : humana fit illicito actu ; mundana perverso affectu ; divina scelerato cultu : prima peccatur in proximum ; secunda in seipsum ; tertia in Deum : prima facit carnis immunditiam ; secunda mundi concupiscentiam ; tertia idololatriam. *Serm. de B. M. Virg.*

Fornicatio triplex est : lubrica opere, phantastica cogitatione, apostatica discussione. Lib. 3 *Miscellan.*, codic. 2, tit. 35.

Fornicationis genera sunt tria : primum, quod per commixtionem sexus utriusque perficitur ; secundum, quod absque femineo tactu, quod immunditia nuncupatur ; tertium, quod animo et mente concipitur. *Collat. S. abbat. Serapionis*, cap. 11.

*Differentia.* Tanta distantia est inter fornicantem et detrahentem, ut ille qui fornicatur, se tantum occidat : ille autem qui detrahit, et se et illum qui audit, demergat. Super *Psal.* c, vers. 5.

Hoc inter fornicationem carnis et fornicationem animae distat ; quod fornicatio carnis adulterium sit, fornicatio animae servitus idolorum. Lib. 2, de *Sum. bono*, cap. 39, sent. 43.

*Productio.* De gastrimargia fornicationem necesse est pullulare ; quamobrem ut fornicatio subrua-

tur, gastrimargia vitium est castigandum. *Collat. 5. Abbat. Serapionis*, cap. 10.

De fornicatione philargyriam necesse est pullulare : quare ut evellatur philargyria, fornicatio compescenda est. *Ibid.*

S. NILUS. Fornicatio, gule soboles est. *Orat. 2, de Fornicat.*

S. EPHREM. *Comparatio.* Cani similis est fornicatio : si blandiari, manet apud te : si pellas, fugit. *Cap. 9, super Attende tibi.*

S. JOAN. CL. Qui ventri cum obsequitur, fornicationis spiritum vincere vult, is eis similis est, qui oleo incendium extinguere nititur. *Grada 11.*

## SENTENTIA PATRUM.

S. AMBROS. 1. Fuge fornicationem tanquam furiosam dominam, quae si te comprehenderit, nec die, nec nocte requiescere sinit, exagitat, urit, incendit. *De Fuga saeculi*, cap. 4.

S. ANSELM. 2. Jure debelis fornicationis malum fugere, quia nullum peccatum ita corpus laedit et deturpat, ut fornicatio. Super *I Cor.* vi, in illud : *Fugite fornicationem.*

S. AUGUST. 3. Longe minus peccat quilibet assiduus ad uxorem, quam vel rarissimus ad fornicationem. *De Bono conjugali*, cap. 11.

4. Vera non est castitas animi fornicantis. Lib. 4 *contra Julian.*, cap. 3.

5. Fornicatio nulli impune conceditur. *De Consuetu. Vitor. et virt.*, cap. 24.

6. Qui fornicans dicit se poenitentiam acturum quare non timet non eum subitanea fabricula, vel aliquo usu subita mors superveniens rapiat, et pereat dilato, et succedat aeterna damnatio? *De Honest. mulier.*, cap. 4.

7. Fornicatio hominem demergit ad poenam, in infernum profundat, demonibus jungit. *Serm. 65, ad Frat. in eremo.*

8. Fornicari hominibus nunquam licet. *Hab. in Decret. Gratiani*, part. 1, dist. 50, can. *Fornicari*.

V. BEDA. 9. Recordare quia brevis voluptas fornicationis, sed perpetua est poena fornicatoris. Lib. 4, super *Proverb.*, cap. vi : *Prelium scorti*.

S. BERNARD. 10. Fornicatio carnis, adulterium est : fornicatio animae, servitus idolorum est. *Serm. 23, ad Sororem.*

11. Prima fornicationis tela, oculorum sunt ; secunda, verborum ; sed qui non capitur oculis, potest resistere verbis. *Ibid.*

12. Omnis immunda pollutio, fornicatio dicitur, quamvis quisque diversa turpitudinis voluptate perfruat. *Ibid.*

13. Fornicatio inter cetera septem vitia maximum acutus est. *Ibid.*

14. Fornicatione coinquinari, deterius est omni

peccato : fornicatio major est omnibus peccatis : fornicatio granda peccatum est : fornicatio omnia mala superat. *Prosec.*

15. Fornicatio gravior est morte ; melius enim est mori, quam fornicatione maculari : melius est mori, quam per fornicationem animam perdere. *Ibid.*

16. Oculi nuntii sunt fornicationis, visio enim occasio est fornicationis. *Ibid.*

17. Visio impura oculorum sagittas mittit fornicationis in mentem : oculus enim prima est sagitta fornicationis. *Ibid.*

18. Appellus fornicationis, anxietas est : saetias, poenitentia. Lib. 2, *Pharetra*, cap. 14.

19. In fornicationis opere totus homo absorbetur a carne, qui fornicatur ut jam homo non possit animus suus esse : sed simul totus homo possit dici caro. *Ibid.*

20. Cum demones de omni peccato gaudeant, praecipue tamen gaudent de fornicatione, quia ibi corpus et anima maculatur, et ideo maxime cavendum. *Ibid.*

21. Ille qui fornicatur, a diabolo possidetur. *Homil. 23.*

22. Hostem fornicationis fugisse, vicisse est. *Homil. 3, de Pascha.*

23. Multo majoris opprobrii est, qui sub Evangelio, quam qui sub lege fornicatur. Super *Josue*, cap. v.

24. Brevis voluptas fornicationis, sed perpetua poena fornicatoris. Super *Prov.*, cap. vi.

25. Vires fornicationum deficiunt, sed desiderium ardescit. Super *Oseam*, cap. iv.

26. Etsi caetera peccata per corpus generantur, non tamen animam ita carnali concupiscentiae faciunt obstrictam et obnoxiam, quemadmodum in solo opere fornicationis corporalis fit. Super *I ad Cor.*, cap. vii.

27. Libidinis vi mens in corpore carnalis fornicationis, in tantum captivatur, submergitur, et absorbetur, ut in ipso momento nihil aliud cogitare homini liceat. *Ibid.*, cap. 7.

28. Fornicatio quae foedior cernitur, eo a reprobus studiosius occultatur. Lib. 6, in *I Reg.*, cap. ii, super illud : *Implevi verbum Domini*

29. Antiquus hostis maximam partem humani generis per robur carnis in fornicationem precipitat. *Ibid.*, lib. 5, cap. 3.

30. Altum est fornicationis blandimentum, dum in hoc anima per desiderium mergitur, quasi in profundum radices tenetur. *Ibid.*, cap. 4, super illud *II Petr.* ii : *A quo quis vincitur, ejus servus efficitur.*

31. Fornicationis spiritus, quem invaserit, est nulla virtutum dona derelinquit. *Ibid.*

S. BONAT.

S. CESARIUS ARELAT.

S. EUSEBIUS EMISSENUS.

GLOSS. ORD.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR. MAGNUS.



32. Fornicationis pugna valde fortis et violenta est. *Ibid.*, lib. 6, cap. 1, super illud : *Quomodo restitit et in via.*

33. Ad extinguendum fornicationis spiritum, virtus una non sufficit. *Ibid.*, lib. 5, cap. 4, super illud : *Congregatioque exercitus percussit Amalec.*

34. Caste vivere volentibus contra fraudes fornicationis spiritus subtiliter vigilandum est. *Ibid.*, lib. 6, cap. 1.

S. GREGOR. NYS. 35. Fornicator est in seditibus fugiendus, in congressibus abominandus, contumelia appropinquantibus, inimicis opprobriis, cognatis probrum, amicis dedecus, familiaribus execrandus, dolor parentibus, famulorum ludibrium, vicinis ridicula narratio. *De Fugienda fornicat.*

HAYMO. 36. Concupiscere mulierem, humana tentatio est; fornicationem vero perpetrare, diabolicum est. *Serm. Dom. 10, post Pentecost.*, in appendice.

S. HIERON. 37. Fornicatio est cibus demonum. *Epist. 24, ad Damas. Pap.*

38. Vires in fornicatione deficiunt, et fornicandi desiderium non quiescit. *Lib. 4, super Oseam*, cap. iv, super illud : *Et non saturabuntur.*

39. Fornicatio pervertit sensum, animumque debilitat. *Ibid.*

40. Multi propter res venereas corpore debilitati, cum perditione anime carnem quoque frangunt, cui servant, *Super Naham*, cap. iii, super illud : *Ve civitas sanguinum.*

41. Recordare quia brevis voluptas est fornicationis, et perpetua poena fornicatoris. *Lib. 4, super Prov.*, cap. vi, super illud : *Pretium enim seoriti.*

42. In fornicatione et adulterio, non idcirco diversa fornicatio, vel adulterium si pulchra vel dives, deformis aut pauper, meretrix vel adultera sit. *Super Epist. ad Tit.*, cap. ii, in illud : *Non contradicentes.*

HUGO A S. VICTORE. 43. Vitium fornicationis non melius vincitur, quam fugiendo; fuge materiam, fuge locum. *In Annot. super epist. ad Cor.*, in illud : *Fugite fornicationem.*

HUGOCARD. 44. Cum omnia peccata fugienda sint, quae non maculant nisi animum; multo magis fornicatio, quae maculat corpus et animum. *Super I Cor. vi.*

S. INNOC. III 45. Venter opipare satur, libenter veneream amplexatur. *Lib. 2, de Contemptu mundi*, cap. 21.

46. Semper fornicationem precedunt ardor et petulantia, semper comitantur fector et immunditia, sequuntur semper dolor et penitentia. *Ibid.*

47. Adversus spiritum fornicationis certamen est longum propter ceteris ad diuturnum, et perpauca ad purum devictum, immane bellum. *Lib. 4, de Conob. inst.*, cap. 1.

48. Gastrimargia fornicatio peculiari commercio federatur. *Collat. 5, Abbat. Serapionis*, cap. 10.

49. Tanta huic passioni inest virtus, ut irruentem quempiam in fornicationis labem valeat refrænare: et ita eum quem semel sui peste corruerit, infatigabilem reddit, ut reparari aut non valeat, aut vix valeat post ruinam. *Ibid.*, cap. 12.

50. Unicaque adversus spiritum fornicationis totis viribus desudanti, victoria singularis est, de merito conatus sui remedium non sperare. *Collat. 12, Abbat. Charesmonis*, cap. 16.

51. Nullus in quo fornicationis dominatur affectus, spiritalem poterit scientiam possidere. *Collat. 14, Abbat. Nestorolis*, cap. 16.

52. Fornicationes et adulteria non aliunde proveniunt, quam ex nimia juventutis licentia. *Homil. 60, super Matth. Oper. perfect.*

53. Fornicationis vitium facile ex vacantia et otio nascitur: nam definitio amoris, hæc est animo vacantis passio. *Homil. 40, super Matth. Oper. imperf.*

54. Grave malum est fornicatio, et immortalæ afferens supplicium, et in hæc vita innumera verum mala trahens. *Prose.*

55. Cogitor vitam miseram et infelicem sequi, qui hoc morbo afficitur. *Homil. 62, super Joan.*

56. Nihil pejus fornicatore. *Homil. 18, super Cor.*

57. In fornicatione totum corpus coinquinatur; siquidem haud aliter sordescit, quam quid in lebetem immundum intusum cogitatione inficitur. *Ibid.*

58. Fornicatus est frater? ne vituperium fratris in vulgus spargas, neve illuseris: si quæ facienda sunt admonueris, multum illi gratiæ contuleris. *Serm. 14, super Epist. ad Ephes.*

59. Omnia mulierum vitia, excepta fornicatione, ferenda sunt a viris. *Ibid.*, *serm. 15.*

60. Fornicatio homines probrosos reddit, pauperes, ridiculos, et omnibus contemptibiles. *Serm. 14, super Epist. ad Philipp.*

61. Nihil impudentius est fornicatoribus. *Ibid.*

62. Ex amicitia mundana fornicatio nascitur. *Homil. 64, super I Thess.*

63. Quid fornicatione putidius? non his tunc fector apparet, cum quis libidine continetur, verum post peccati perpetrationem. *Homil. 2, super I Tim.*

JOAN. CASS.

S. JOAN. CL.

S. JOANNES DAMASC.

JOAN. SAR.

JOAN. TRITH.

S. ISIDORUS HISPAL.

S. JOANNES CHRYSOST.

64. Tollens membra Christi, factum membra meretricis? Nihil hoc verbo horribilius: inde quomodo fornicator ejusmodi fiat; his verbis confirmat Apostolus. *Homil. 8, super I Cor.*

65. Qui ventri dum obsequitur, fornicationis spiritum vincere vult, is ei similis est, qui oleo incendium extinguere nititur. *Gradu 14.*

66. Facile ille fornicationis aquis demergitur, qui formas pulchritudine præsantes minime fugit, sed libenter eas intuetur. *Lib. 3 Parall.*, cap. 28.

67. Non est dolor, sicut dolor ille, quo corpus suum quis videt aliena libidine pollui. *Lib. 3, de Nugis curial.*, cap. 3.

68. O quam raro ad interni amoris dulcedinem convertitur, quisquis in lacum fornicationis semel precipitatur. *Lib. 1, homil. 22, ad Monachos.*

69. Fornicationis insolens demonium, nunquam melius vincitur, quam si vera cordis humilitas in plenitudine virtutum omnium conservetur. *Ibid.*

70. Nonnumquam electi lapsu carnali corruunt, ut a vitio superbie, qua de virtutibus tumens saucitur. *Prose.*

71. Et qui de virtutum effectibus existunt superbi, ut cadant: fornicationis vitio humilantur, ut surgant. *Lib. 2, de Summo bono*, cap. 39, *sent. 13.*

72. Dum se vitiosus animus in explenda fornicatione, carne luxuriante laxaverit, ad alia nefanda scelera suadentibus demonibus transit. *Ibid.*, *sent. 15.*

73. Inter cetera septem vitia, fornicatio maximi sceleris est; quia per carnis immunditiam templum Dei violat, et tollens membrum Christi, facit membrum meretricis. *Ibid.*, *sent. 18.*

74. Custodi a fornicatione corpus tuum, vide ne unquam ea cogitatione inquieris: fornicatione enim contaminari, deterius peccatum puta. *Prose.*

75. Omnibus peccatis fornicatio major est: grave peccatum fornicatio est.

76. Fornicatio universa antecedit mala, fornicatio gravior est morte: melius est enim mori, quam fornicari. *Lib. 2, de Synonym.*, cap. 1.

77. Si vis esse a fornicatione tutus, esto corpore et visione discretus. *Ibid.*, cap. 4.

78. Tolle occasionem peccandi, aufer meteoriam delinquendi, si vis a fornicatione esso tutus. *Ibid.*

S. NILUS.

SALVIANUS.

79. Gravis est fornicationis daemon, ac vehementer is imminet, qui adversus hujusmodi affectum dimicant. *Orat. 2, de Fornicat.*

80. Cunctis fornicatio interdicitur, sed gravius

multo est, si de clero aliquis quasi de populo fornicetur. *Lib. 4, de Gubern. Dei.*

81. Heresis est, dicere fornicationem simplicem non esse mortale peccatum. *Opusc. 9, de Decem præcept.*, præcept. 6, verbo *Non machaberis.*

82. Fornicatio naturaliter mors est. *Lib. 5, libell. 5, de Fornicat.*, num. 7.

S. THOMAS AQUINAS.

IN VITIS PATR.

*Definitio.* Fortitudo est anime affectio, qua omnia incommoda, et damna, rerum non in nostra potestate constitutarum, contemnimus. *Lib. 1, de Lib. arbit.*, cap. 13.

Fortitudo est amor, omnia propter Deum facile perferens. *De Moribus Eccles.*, cap. 15.

Fortitudo est firmitas contra molestias sæculi. *Part. 3, Centiloqui.*, sect. 43.

Fortitudo est immobilis inter adversa anili laborum et periculorum susceptio. *De Fructibus carnis et spirit.*, cap. 14.

Fortitudo est scientia sustinendorum, non sustinendorumque, et neutrorum. *Lib. 4, Legit aliegor.*

Fortitudo ea est, quæ non solum diversis pulsata molestiis incommensa permanet, sed etiam nullis voluptatum illecebris resoluta succumbit. *Lib. 3, de Vita contempl.*, cap. 20.

Fortis proprie dici potest is, qui nec morte honesta, nec iis impendentibus alque instantibus, quæ mortem afferunt, parterretur. *Lib. 3, de Moribus*, cap. 6.

Fortitudo est considerata periculorum susceptio, et laborum perpessio. *Lib. 2, de Invent. rhetor.*

Fortitudo est animi affectio legi summæ in perpetuendis rebus obtemperans. *Lib. 4, Tusce. quest.*

Fortitudo est conservatio stabilis iudicii in eis rebus quæ formidolosa videntur subeundis et repellendis. *Ibid.*

Fortitudo est scientia rerum formidolosarum, contrariarumque perferendarum, aut omnino negligendarum, conservans earum rerum stabile iudicium. *Ibid.*

Fortitudo est affectio animi in patiendo ac perferendo, summæ legi parens sine timore. *Ibid.*

Fortitudo est virtus propugnans pro æquitate. *Lib. 1, de Offic.*, num. 62.

Fortitudo est contentio laboris et periculi cum ratione utilitatis et compensatione commodorum. *Lib. 4, de Arte rhetor.*

Fortitudo est virtus pericula justa contemnens, aut scientia periculorum repellendorum,

S. AUGUST.

S. BONAV.

HUGO A S. VICTORE.

PHILO JUD.

S. PROSPER.

ARISTOTEL.

CICERO.

SENECA.



- excipiendorum, provocandorum. Lib. 2 *Quæst.*, cap. 38.
- S. DONAV. *Productio.* De fortitudine oritur magnanimitas, fiducia securitas, perseverantia, longanimitas, humilitas, et mansuetudo. *De Quatuor virt. cardin.*
- HUGO A S. VICTORE. Fortitudinis comites sunt, magnanimitas, fiducia, tolerantia, requies, stabilitas, constantia, perseverantia. *De Fruct. carnis et spirit.*, cap. 14.
- Comparatio.* Fortitudo comparatur virgæ, quæ non incurvatur; ferro quod non superatur, et petreæ, quæ non perforatur. Tit. 5, *Dieta*, cap. 7.
- S. HIERON. Sicut rami et flagella vitium illico contabescunt, cum fuerint a matrice præcisæ; ita omnis hominum fortitudo marcescit, et deperit, si a Dei auxilio desoratur. Lib. 3 *Dialog.*, advers. *Pelag.*
- SENTENTIÆ PATRUM.
- B. ALANUS DE RUPE. 1. Fortitudine stat homo in adversis inconcusus, in repentinis imperterritus. Part. 3, serm. 4, regina 10, cap. 23.
- S. AMBROS. 2. Fortitudo quæ vel in bello tmetur a Barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel a latronibus socios, plena sit iustitiæ. Lib. 1 *Offic.*, cap. 27.
3. Fortitudo est velut excelsior cæteris, sed nunquam incommitata virtus: non enim seipsam committit sibi; alioquin fortitudo sine iustitia, iniquitatis materia est. *Prosec.*
4. Quo enim validior est fortitudo, eo promptior est ut inferiori opprimat. *Ibid.*, cap. 35.
5. Non in viribus corporis et læceris tantummodo fortitudinis gloria est, sed magis in virtute animi. *Ibid.*, cap. 36.
6. Juro ea fortitudo vocatur, quando unusquisque seipsum vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur, non adversis turbatur, non extollitur secundis. *Ibid.*
7. Non est mediocri animi fortitudo, quæ sola defendit ornamenta virtutum omnium, et iustitiam custodit. *Prosec.*
8. Quæ inexpiabili prælio adversus omnia vitia decerta, invicta ad labores, fortis pericula, rigidior adversus voluptates, dura adversus illecebras.
9. Quæ pecuniam negligit, avaritiam fugit tanquam labem quamdam quæ virtutem effeminat.
10. Nihil enim tam contrarium fortitudini, quam lucro vinci. *Ibid.*, cap. 30.
11. Fortitudo tam immanem pestem repellat et proterat, scilicet cupiditatem: nec tenetur desideria, nec frangatur metu: quia virtus sibi cons-
- tat, ut fortiter omnia persequatur vitia tanquam virtutis venena. *Prosec.*
12. Iracundiam velut quibusdam propulset armis, quæ tollit consilium, et tanquam ægritudinem vilit.
13. Gloriæ quoque caveat appetentiam, quæ frequenter nocuit immoderatus appetita, semper aulem usurpata. *Ibid.*, cap. 39.
14. Fortitudo non solum secundis rebus, sed etiam adversis probatur. *Ibid.*, cap. 41.
15. Fortitudo vim quamdam ferocientis virtutis habet, mortisque contemptum. Lib. 3, *de Virginibus.*
16. Fortitudo in præliis eminet, in otio friget: cuius opus in tempore necessarium, in voto adversum est. Super *Psal.* cxviii, serm. 16, vers. 1.
17. Fortitudo animum corpusque confirmat, nec perturbari sinit timore aliquo vel dolore. Lib. 5, super *Luc.*, cap. vi, in illud: *Beati eritis.*
18. Fortitudo cohibet timorem, ne quis timendo retrahatur ab eo quod ratio dicitur: et moderatur audaciam, ne quis audendo aggrediatur quod ratio vetat. Part. 4, tit. 3, cap. 2.
19. Qui vera virtute tortis est, nec temere audet, nec inconsulte timet. Epist. 29, ad *D. Hieronymum.*
20. Omnis sapiens fortis est, nullus autem fortis aliquid metuit. *De Beata vita*, in disput. 3, diei.
21. Sunt in hominibus fortes reprehensibiles et damnabiles fortitudine, qui presumunt quidem, sed de temporali felicitate. Super *Psal.* lxxviii, enarrat. prima, vers. 3.
22. *Fortitudinem meam ad te custodiam, Deus, quia si recedo, cado: si accedo, fortior fio.* Super *Psal.* lxxviii, vers. 10.
23. Fortior fuit Job in doloribus, quam Adam in memoribus: iste non cessit tormentis, ille superatus est in deliciis. *De Tempore barbarico*, cap. 6.
24. Hypocritæ fortitudo, non virtus est, sed vitium; non magnanimitas, sed infirmitas; non bonitas, sed imbecillitas appellatur. Sermon. 13, ad *Fratr. in eremo.*
25. Est quædam fortitudo philosophorum, qui caleaverunt divitias, honores, pompas, dignitates, et aliquando membra propriorum corporum: sed hæc fortitudo insufficientis erat ad æternæ vitæ meritum, quia carebant caritate et timore Dei. *Prosec.*
26. O quantus rigor fortitudinis fuit in Platone! quot et quanta patiebatur contraria! sed quia fundamento fidei caruit, propterea spes eam fortitudinem non erexit. *Ibid.*

27. Hæc est vera fortitudo, quæ mortem spernit: hæc est clavis, qua domus Dei patescit et aperitur: hæc est quæ habenas voluptatis sub freno rationis jacere cogit. *Ibid.*
28. Fortitudo est eremitarum baculus, cœnitarum cingulus, monachorum omnium sacramentum. *Ibid.*
29. Fortitudo omnem crudelitatem evacuat, carcerem respuit, crucem non metuit, equuleum amplectitur, optat vincula, spontanea semper currit ad mortem. *Ibid.*
30. Nihil absurdum quam fortitudine fieri geniorem. Epist. 34.
31. Nihil valet cursus bravii, nihil qualiscunque operatio, nisi columna fortitudinis roboretur. *Ibid.*
- V. BEDA. 32. Fortitudo iustorum est, carnem vincere, delectationem vitæ præsentis extingueret. *Prosec.*
33. Fortitudo vero reproborum est, transitoria sine cessatione diligere, contra flagella conditoris insensibiliter perdurare. In suis *Proverb.*, verbo *Fortitudo.*
34. Fortior est qui cupiditates, quam qui hostes vincit. *Ibid.*, verbo *Fortior.*
35. Militis ejuslibet fortitudo non agnoscitur, nisi in bello. *Ibid.*, verbo *Militis.*
36. Robusti corpore nisi Deo, a quo vires habent, devote famulantur, pro hoc poenas patientur. *Ibid.*, verbo *Robusti.*
- S. BERNARD. 37. Non est vir fortis, cui non crescit animus in ipsa rerum difficultate. Epist. 256, ad *Eugen. Pap.*
38. Fortitudo est animi magnitudo, contemptus honorum, vel divitiarum: hæc adversis aut patienter cedit, aut resistit fortiter. *Prosec.*
39. Nullis illecebris edomatur, malis et adversis non frangitur, non elevatur secundis, invicta ad labores, fortis ad pericula.
40. Pecuniam negligit, avaritiam fugit, contra universa pericula animam præparat, molestiis nullis cedit, gloriæ cavet appetitum. *De Ordine vitæ.*
41. Fortitudo in arce constantiæ virtutes collocat, et eo vallo munit, quo furentis impetus aspirare non possit: virtus est virtutes servans ac muniens. Sermon. *de Virt. obed.*
- S. BONAV. 42. Fortitudo spiritum armat, armatum animam, animum associat, associatum adjuvat. Expos. 2, super *Psal.* cxviii, cap. 4, vers. 8, art. 1.
- S. GREGOR. MAGNUS. 43. Tanto quisque se ad fortitudinem proficisse verius demonstrat, quanto aliena mala robustius tolerat. Lib. 5 *Moral.*, cap. 13.
44. Iustorum fortitudo est, carnem vincere, Propriis voluntatibus contraire, delectationem
- vitæ præsentis extingueret, hujus mundi aspera pro æternis præmiis amare, prosperitatis blandimenta contemnere, adversitatis metum in corde superare. Lib. 7 *Moral.*, cap. 8.
45. Reproborum fortitudo est, transitoria fortiter diligere, contra flagella Conditoris insensibiliter perdurare, ab amore rerum temporalium nec in adversitate quiescere, ad inanem gloriam etiam cum vite detrimento pervenire, malitiæ augmenta exquirere, honorum vitam impugnare, iniquitatem quodiæ perpetrare. *Ibid.*
46. Vir fortis robore est, qui virtutem, quam monstrat in opere bono, habet a Spiritu sancto. Lib. 4, in 1, *Reg.*, cap. iv, super illud: *Fortis robore.*
47. Quid necesse est viro sapienti, et philosopho Christo, tantam habere fortitudinem, quæ athletis et militibus necessaria est; quam cum habuerit, ad vitia provocetur? Lib. 2, advers. *Jovian.*
48. Ubi fortia fortibus imperantur, fortiorum fortior numeris sequitur census. Epist. 8, ad *Amicum.*
49. Fortitudo corporis, imbecillitas animæ est. In *Regula monachor.*, cap. 21, *de Patient.*
50. Fortitudo via regia est, a qua declinat ad dextram, qui temerarius et pernix est: ad sinistram, qui formidolosus et pavidus. Lib. 16, super *Isaiam*, cap. lxxvii, super illud: *In multitudine vitæ.*
51. Omnis hominum fortitudo sine Dei virtute quæ Christus est, imbecilla reputatur, et nihili. Lib. 3, super *Hierem.*, cap. xvi, super illud: *Domine, fortitudo mea.*
52. Fortitudo corporis, imbecillitas animæ est; et rursus animæ fortitudo, imbecillitas corporis est. Lib. 2, super *Amos*, cap. v, super illud II *Cor. xii*: *Quando infirmus sum.*
53. Omnis angelorum et hominum fortitudo, si non habuerit auxilium Salvatoris, imbecilla probatur et fragilis. Lib. 1, super *Zachar.*, cap. iv, super illud: *Quis desperit dies parvos?*
54. Impossibile est, ut rem fortem, et egregiam quam unquam faciat, nisi antea adversus omnia, quæ obistere possunt, se armet et instruat. Homil. 31.
55. Fortem virum talem esse oportet, ut in periculis ne ira, et inani gloria, sed fortitudine sua vincatur. Homil. 48, super I *Cor. in Marali.*
56. Animi virilis fortitudo est, quando contra pericula quis mortem audeat, et tam amicitiam quam inimicitiam eorum gratia quæ Deo placent contemnit. Sermon. 5, super *Epist. ad Philip.*, in *Moral.*
- S. HIERON. S. JOANNES CHRYSOST.



- JOAN. 57. Fortitudo in prosperis laetet, in adversitate ostenditur, et manifeste per patientiam declaratur. Lib. 2, ad *Monachos*, serm. 4.
- LACT. FIRM. 58. Fortitudo, si nulla necessitate cogente, aut non pro causa honesta certum periculum subierit, in temeritatem convertitur. Lib. 6, de *Divina inst.*, cap. 14.
59. Malorum victrix est fortitudo. *Ibid.*, lib. 7, cap. 5.
- LAURENT. 60. Fortitudinis virtus est, supra periculi mortem agere, nihil nisi turpia timere, tolerareque fortiter adversa. De *Casta conubio*, cap. 13.
- JUSTIN. 61. Ille est animo fortis, qui se in dolore positus, consolatur, qui seipsum vincit, iram continet, nullis illecebris emolitur et floctitur. *Ibid.*
- MINUT. FEL. 62. Fortitudo infirmitatibus roboratur, et calamitas sapientis disciplina virtutis est. *Prosec.*
63. Viros et mentis et corporis, laboris exercitatione torpescunt. In suo *Octavio*.
- PETR. CELL. 64. Commendabilis est illa solum fortitudo, quae fatigata robustior, oppressa liberior consurgit. *Prosec.*
65. Levat namque fortuna importunas, sive molestas sarcinas, portat sine pondere, deponit sine lassitudine: accrescit forte cumulus ponderis, sed et virtutis. Lib. 2, epist. 9, ad *Robert. abbat.*
66. Fortitudo in multis nudinis non invenitur: sed quo rarior, nisi studiosius conservetur, eo ad rapiendum amabilior. De *Pauis*, cap. 14.
- S. PROSPER. 67. Non ille fortis haberi solet, qui in adeundis laboribus periculisque claruerit, aut frenandis voluptatibus ac domandis institerit: sed ille magnus et sublimis, ille potens atque dignus fortitudinis appellatione censendus est, qui nihil sibi vitii rebellare aut dominari permiserit. Lib. 3, de *Vita contemplat.*, cap. 20.
68. Fortitudinem Gentilium, mundana cupiditas: fortitudinem autem christianorum Dei charitas facit. Apud *D. August.*, sent. 295.
- SALVIANUS. 69. Te jure nunc tanto fortiorum spiritu judico, quanto imbecilliter carne esse cepisti. Epist. 55, ad *Culturam sororem*.
- SENTENTIA PAGANORUM.
- ARISTOTEL. 70. Qui et ea quae oportet, et gratia cuius oportet, et ut oportet, et quando oportet, fert et metuit, et identidem confidit, is homo fortis est. Lib. 3 *Ethic.*, ad *Nicomach.*, cap. 7.
71. Viro etiam forti honestum est ipsa fortitudo. *Ibid.*
72. Fortis honestatis causa subit et agit ea, quae ad ipsam fortitudinem pertinent. *Ibid.*
73. Fortitudo potentiam habens superbia est. Lib. 5 *Polit.*, cap. 10.

74. Appellata est a viro virtus: viri autem proprium maxime est fortitudo, cujus munera sunt maxime duo, scilicet mortis dolorisque contemptio. Lib. 2, *Tusc. quest.*
75. Nulla est fortitudo, quae rationis experta est. *Ibid.*, lib. 4.
76. Fortis hic est, qui in acie stans cum hostibus generose decernat. In *dialogo Lachetis*.
77. Si vir fortis est bonus, etiam peritus est atque intelligens. *Ibid.*
78. Illum fortem virum dicam, quem bella non subigunt, nec admodum vis hostilis exterrit. De *Const. sapient.*, cap. 3.
79. Non est vir fortis et strenuus, qui laborem fugit: verum ubi crescit illi animus ipsa rerum difficultate. Epist. 22.
80. Pulcherrima pars fortitudinis, maximeque mirabilis illa est, non cedere ignibus, obviam ire vulneribus. Epist. 67.
81. Perit fortitudo, quae periculum facere debet sui. Epist. 74.
82. Fortitudo contemptrix timendorum est, terribilia et sub jugum libertatem nostram militantia, despiciit, provocat, frangit. Epist. 88.
83. Fortitudo est munimentum humana imbecillitatis inexpugnabile: quod qui circumdedit sibi, securus in hac vite obsidione perseverat. Epist. 113.
84. Satis natura homini dedit roboris, si ullo utamur, si vires nostras colligamus, ac lotas pro nobis, certe non contra nos conciliamus. Epist. 116.
- Vide etiam tit. *Desertio Dei*, sent. 72; *Fermitas*, sent. 2; *Injuria*, sent. 100; *Ira Dei*, sent. 24; *Militia*, sent. 35; *Probatio*, sent. 22; *Tribulatio*, sent. 32; *Virtutes Cardinales*, per totum; *Virtutum connexio in genere*, sent. 5, 39.
- FORTUNA.
- Definitio. Fortuna est duarum una incidentium causarum concursus, quae ab electione ortum habentes aliud quiddam quam quod natura comparatum est, efficiunt. Lib. 2, de *Fide orthod.*, cap. 25.
- Fortuna est accidentium rerum subitus atque inopinatus eventus. De *Divinis insti.* lib. 4, de *Falsa sapientia*, cap. 25.
- Fortuna est motus ex obscuro ad obscurum, causas felices aut infelices successus. *Syrzygia*, 6, de *Definitione*.
- SENTENTIA PATRUM.
1. Nullus est tam compositae felicitatis, qui non aliqua ex parte cum sua fortuna rixetur. Part. 1, tit. 8, cap. 6, § 1.

CICERO.

PLATO.

SENeca.

S. AUGUST.

S. REBNARDIN. SEN.

BOETIUS.

S. JOHANNES DALASC.

LACT. FIRM.

PLATO.

S. ANTONIN.

2. Bona fortuna sine amicis conservari non possunt, quia fortuna quanto est major, tanto est minus secuta. Part. 2, tit. 8, de *Invidia*, cap. 5, § 3.
3. Fortuna quanto est major, tanto est minus secuta, quia plures habet insidiatores. *Ibid.*
4. Fortuna quae dicitur bona sine ullo examine meritorum fortuitu accidit hominibus et bonis et malis, unde etiam fortuna nominatur. Lib. 4, de *Civili Dei*, cap. 18.
5. Divinum animum mortalibus inhaerentem, nequaquam sapientia potius accipit, nisi fortuna perducit. Lib. 1, contra *Academ.*, cap. 4.
6. Nulla mihi videtur prospera fortuna, nisi quae otium philosophandi dat. *Ibid.*, lib. 2, cap. 2.
7. A causis fortuitis fortuna nomen accepit. Lib. 5, de *Civili Dei*, cap. 18.
8. Ultimusque fortuna, prospera scilicet et adversa, dispensator est Christus. Serm. 2, *Fer. 2*, post *Dom. 1*, *Quadr.*, art. 2, cap. 1.
9. Existimatio plurimorum non rerum merita, sed fortunae spectat eventum. Lib. 1, de *Consolat. philos.*, prosa 4.
10. Fortuna calamitosos fugiens facit: quid est aliud fugax, quam futura quoddam calamitatis indicium? *Ibid.*, lib. 2, prosa 4.
11. Equo animo toleres oportet, quidquid intra fortunae aleam geritur, cum semel jugo ejus colla submiseris. *Ibid.*
12. Etsi rara est fortuitis manendi fides, ultimus tamen vite dies, mors quaedam fortuna est, etiam manentis. *Ibid.*
13. In omni adversitate fortunae, infelicissimum genus est infortunium, fuisse felicem. *Ibid.*, lib. 2, prosa 4.
14. Nemo facile cum fortunae suae conditione concordat, inest enim singulis quod inexpertus ignoret, expertus exhorreat. *Ibid.*
15. Nihil est miserum in fortuna, nisi cum putet: contraque beata sors, omnis est equanimitate tolerantis. *Ibid.*
16. In his fortuitis rebus, beatitudo constare non potest. *Ibid.*
17. In fortuna nihil expetendum, nihil naturae bonitatis inesse manifestum est: quae nec se bonis semper adiungit, et bonos, quibus fuerit adjuncta, non efficit. *Ibid.*, lib. 2, prosa 6.
18. Numquam tua faciet esse fortuna quae natura rerum a te fecit aliena. *Ibid.*, lib. 2, prosa 5.
19. Si quod naturae satis est, replere indigentiam velis, nihil est quod fortunae affluentiam petas. *Ibid.*
20. Plus hominibus reor adversam, quam prosperam prodesse fortunam. *Ibid.*, lib. 2, prosa 8.
21. Cum omnis fortuna vel jucunda, vel aspera, tum remunerandi exercebros bonos, tum puniendi corrigendique improbos causa deferatur: patet quod omnis bona est, quam vel justum constat esse, vel utilem. *Ibid.*, lib. 4, prosa 7.
22. Felix fortuna a vero bono devios blanditiis trahit, adversa plerumque ad vera bona reducens, unco retrahit. *Ibid.*, lib. 2, prosa 8.
23. Vir sapiens moleste ferre non debet, quoties in fortunae certamen adducitur: sicut virum fortem non decet indignari, quoties increpuit bellicus tumultus. *Ibid.*
24. Omnis fortuna, quae videtur aspera, aut exercet, aut corrigit. *Ibid.*
25. Nec in prosperis est gaudendum, nec in adversis est desperandum: quia cum fortunae rota stare non possit, saepe qui imus est, ascendit: et qui summus est, usque ad ima descendit. Unde versus:
- Glorior elatus, descendo mortificatus.  
Infimus ecce premor, rursus ad astra vehor.
- Serm. 2, *S. Barthol.*
26. Ubi fortunae majores, ibi superbia. Super S. CYRILLUS ALEX.
27. Justus et fortis viri est, nec adversis frangi, nec prosperis sublevari, sed in utroque esse moderatum. Super *Joel*, cap. 1, super illud: *Residuum crucae*.
28. Arridentis fortunae non nimium credas, in adversis fiduciam non amittas, et quidquid finem habiturum est, sive bonum sit, sive malum, atque despicias. Lib. 3, de *Arca Noe, Morali*, cap. 10.
29. Quamvis omnis fortuna sit timenda, tamen magis timenda est prospera, quam adversa: quia haec quidem sciendo erudit, illa autem blandiendo seducit: haec illuminat hominem, illa caecat: ista mentis oculos aperit, illa claudit. Lib. 2, *Contemplat. de Vera patient.*
30. Proh dolor! secundum fortunam existimatur persona: cum potius secundum personam astimanda sit fortuna. Lib. 1, de *Contemptu mundi*, cap. 14.
31. Subito cum non suspicatur, infortunium accidit, calamitas irruit, morbus invadit, mors intercedit, quam nullus evadit. *Ibid.*, cap. 25.
32. Fortuna moderate adversa, securior est regulariter, et optabilior, quam multum prospera. Serm. 2, de *Omnibus sanctis*, verbo *Fuge*, considerat. 3.
33. Fortuna omnis bona est, et saepe plus adversa, quam prospera prodest. Lib. 3, de *Consolat. theol.*, prosa 4, part. 3.
34. Venit interdum fortuna mala citius, quam petatur. Serm. de *Quaerendo Domino*.

S. BONAV.

S. CYRILLUS ALEX.

S. HIERON.

HUGO A. S. VICTORE.

IDIOTA.

S. INNOC. III.

JOAN. GEES.